Da intestare sotto Stato Pontificio

con att. accond. a Cesare d'Este e titolo

Caso già dicevamo con Scasso e [illegible]

CONFVTATIONES ALLEGATIONVM CAESARIS ESTENSIS,

In cauſa Ferrarienſis Ducatus.



ROMAE.

Apud Impreſſores Camerales. M.D.XCVIII.

FACTI SPECIES RELATA EX PARTE CÆSARIS ESTENSIS.

CIVITAS Ferrariæ anno ſalutis ſexcenteſimo quinquageſimo octauo à Vitaliano Pontifice in Epiſcopatum erecta,ac legibus,& conſtitutionibus cum conſenſu Imperatoris munita fuit,quo tempore quoque duodecim viri ab illis conſtituti fuerunt, qui Ciuitatem ipſam regerent,ac Rempublicam adminiſtrarent: vt hæc omnia conſtant, tàm ex diplomate Pontificio,ac Cæſareo, quàm ex hiſtorijs,ac annalibus dictæ Vrbis.

Deinde verò cùm diuerſis caſibus iactata fuiſſet: tandem poſt excuſſam Salinguerræ tirannidem ſub Eſtenſibus Principibus cœpit fælicius gubernari, donec anno milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſecundò Ioannes Vigeſimus ſecundus Pontifex illam in Vicariatum conceſſit Rainaldo,Opizoni,ac Nicolao Marchionibus Eſtenſibus, vſque ad decennium ſub annua ſolutione decem millium Florenorum,Indeque anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo quarto idem Vicariatus Opizoni ad nouennium proximum renouatus fuit,&,eo pendente, facta legitimatio per Epiſcopum Ferrariæ de mandato Clementis Sexti filiorum natorum ex dicto Opizone ad feuda, Iuriſdictiones, ac Marchionatus.

Anno verò milleſimo trecenteſimo quinquageſimo primo idem Clemens Vicariatum conceſſit ne dum Opizoni, ſed & Fulco, Vgoni, & Alberto eius filijs iam legitimatis ad aliud decennium incæpturum poſt finem alterius Vicariatus.

Mortuo Opizone Aldrobandinus,Vgo, & Albertus ſupplicarunt Innocentio Sexto anno milleſimo trecenteſimo, ſexageſimo primo, vt is Ciuitatem prædictam concederet Iure feudi, vel emphyteuſis in viginti nouem annos, vel ſaltem vt ſibi Vicariatus prorogaretur, quod vltimum ab eodem obtinuerunt vſque ad ſeptennium, factæquè fuerunt alia prorogationes,donec anno milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſexto Bonifacius Nonus Alberto non amplius ad certum tempus, ſed ad vitam eiuſdem, & filiorum legitimorum Vicariatum conceſſit, quos ſi non habuerit, ad vitam Nicolai filij naturalis.

Anno milleſimo quadringenteſimo decimo quarto ad preces eiuſdem Nicolai Ioannes Vigeſimus tertius Vicariatum ad vitam eius filiorum legitimè deſcendentium tradidit: & in caſu, quo illi non extarent, naturales, ſeu quemuis alium defectum natalium patientes pariter ad eorum vitam inuitantur.

Et cùm Nicolaus haberet filios legitimos,qui in Vicariatu comprehenſi erant; nihilominus anno milleſimo quadrigenteſimo trigeſimo primo Martinus Quintus Leonellum naturalem, & ab eo legitimatum, & habilitatum ad eundem Vicariatum ad vitam admittit, & ipſo Leonello deficiente ſine liberis vocat alios fi-

lios legitimos Nicolai.

Anno vero millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo à Iudice duodecim Sapientum, ac Sapientibus ipsis, & vniuerso populo eligitur Princeps Ciuitatis Leonellus, cui anno millesimo quadrigentesimo quadragesimo tertio Eugenius Quartus impertitur, vt eo deficiente sine liberis alij eius fratres legitimi, & legitimati admittantur.

Defuncto Leonello cùm adessent Hercules, & Sigismundus filij legitimi, & naturales Nicolai, qui comprehensi erant in alijs Vicariatibus, nec non & alter Nicolaus filius legitimus Leonelli: Tamen, his omnibus semotis, populus vniuersus in hoc sequutus iuditium Leonelli, qui fratrem nominauerat Borsium, secluso proprio filio legitimo, & alijs fratribus legitimis eundem Borsium in Principem elegit, statimq; Nicolaus Quintus Pontifex præmissa narratione electionis à populo Ferrariensi factæ quam diuinitus inspiratam asserit, eundem Borsium, ac post eius mortem filios cum derogatione aliorum Vicariatuum elegit, sed cum Borsius fato functus esset, nullis relictis filijs, populus anno millesimo quadringentesimo septuagesimo primo Herculem primum filium legitimum Nicolai in Principem eligit, annoque sequenti Sixtus Quartus prædicto Herculi non ad vitam dumtaxat sicut alij præcedentes Vicariatus fuerant concepti, sed post mortem ipsius ad filios, ac nepotes legitimos, & naturales vsque in tertiam generationem Vicariatum confert, additq; dignitatem Ducalem in personam ipsius Herculis, quod & prius factum fuerat de Borsio.

Tandem verò Alexander Sextus anno millesimo quingentesimo primo, relato tenore Concessionis Sixti IIII. illam ampliat, & extendit ad omnes filios, & descẽdentes dicti Herculis in perpetuum secundum ordinem primogenituræ, simulq; dignitatem Ducalem, quæ prius personalis erat, in omnes primogenitos contulit.

Mortuo prædicto Hercule populus Alphonsum primum anno millesimo quingentesimo quinto in Principem eligit, huicq; defuncto suffectus fuit per eundem populum Hercules Secundus anno millesimo quingentesimo trigesimo quarto: quo pariter extincto anno millesimo quingentesimo quinquagesimo nono populus idem Serenissimum Alphonsum Secundum in Principem elegit.

Nuperrimè verò cùm dictus Serenissimus Alphonsus non sine publico omnium luctu, sine aliqua sobole decesserit, relicto post se Serenissimo Dono Cæsare eius patrueli, qui filius est natus ex legitimo matrimonio olim Illustriss. & Excellentissimi Doni Alphonsi filij legitimati ex Duce Alphonso primo, populus idem maximo omnium plausu illum in Principem, ac Ducem sibi elegit, statimq; possessionem pacificam omnium statuum adeptus fuit.

Nunc ex causa obitus dicti Sereniss. Ducis Alphonsi absq; aliquibus filijs Sedes Apostolica prætendit Ducatnm Ferrariæ illi apertum, ac deuolutum esse, quod pro parte dicti Serenissimi Ducis Cæsaris negatur, qui contendit se hunc Ducatum legitimè adeptum fuisse.

FACTI SPECIES EX PARTE REVER. CAMERAE APOSTOLICAE.

CIVITAS Ferrariæ ab initio, & fundatione ipsius fuit, & est de dominio temporali S. R. E. pleno iure & quo ad merum imperium & mixtum, ac omnimodam iurisdictionem: quia & ab initio fuit per summos Pontifices in solo eiusdem Ecclesiæ proprijs sumptibus, & expensis fundata, dotata, ordinata, & populorum multitudine decorata, & insuper cum opus fuit à Tyrannorum oppressionibus pluries liberata, quod constat ex innumeris antiquissimis monumentis; Sed, alijs omissis causa breuitatis sufficiat adduxisse recognitionem, quam de anno 1310. Oratores, & Sindici Communis, & Populi dictæ Ciuitatis Ferrariæ fecerunt coram fe. re. Clemente V. & sacro Collegio Cardinalium in Ciuitate Auenion. & Consistorio publico, cuius recognitionis tenor est, vt sequitur, Videlicet:

Ne sub incerto sint dominia & superioritatis iura, profiteri tenentur, & agnoscere quicunque sub aliorum dominio & superioritate sunt, & maximè, vbi contra veritatem veri dominij Tyrannorum vsurpatio se obijciat, qua cessante expedit, imò necesse est, quòd vera professio declaret, quòd per vsurpationem Tyrannidis aliquantis temporibus fuerat obscuratum: propter quòd nos Ambasiatores & Sindici Populi & Communis Ferrariæ, nostro nomine et totius Communis & Populi Ciuitatis eiusdem, cuius Sindicatum cum plenissima potestate in præsentia S. V. & Sacri Collegij DD. Cardinalium exhibemus, profitemur, ac agnoscimus Ciuitatem Ferrariæ ab initio fundatam fuisse per Summum Pontificem in solo Ecclesiæ Romanæ ipsius sumptibus & expensis, & ab eodem dotatam & ordinatam, & Populorum multitudine decoratam fuisse. Cumq; postmodum processu temporis per oppressionem Desiderij Regis Longobardorum seruituti subiecta fuisset, per ministerium Adriani fe. re. Summi Pontificis, inuocato ad hoc auxilio inclytæ mem. Caroli Regis Francorum, restituta extitit eadem Ciuitas pristinè libertati, & diutius in dicta libertate permansit. Tempore verò postmo-

dum succedente, tyrannica pestis Salinguerra Ciuitatem eandem seruili conditione supposuit, & eam longis temporibus, quasi seruam, suppeditauit, tyranniceq; tractauit; Quod S. Rom Ecclesia pia mater diligenter attendens, & filiorum suorum ciuium Ferrarien. calamitati compatiens ad partes illas destinauit legatum, & contra ipsum Tyrannum exercitum magnum, congregauit, sicque dictam Ciuitatem & eius Comitatum districtum atq;, Populum à dicta seruitute tyrannica liberauit, & sub dominio Ecclesiæ redegit, & reduxit. Quapropter recognoscimus & vocamus Ciuitatem Ferrarien. cum pertinentijs suis, & districtum ac totum Comitatum Ferrariæ ab antiquò & à fundatione ipsius Ciuitatis fuisse & esse de dominio temporali Romanorum Pontificum & S. R. E. super quo recognoscimus priuilegia, regestra, & librum censualem eiusdem R. E. et ea, quæ continent, vera esse & indubitata, & eis, quantum ad nos attinet, nomine, quo supra, fidem plenariam adhibemus. Item profitemur & agnoscimus, quòd pro eo tempore, quo dicta Ciuitas, Comitatus & districtus ipsius fuerunt sub manu quondam Marchionum Estensium, non voluntariè subfuerunt, sed eisdem obediuerunt, aut eorum dominium de facto agnouerunt per violentiam, & metu mortis & cruciatus corporum, quibus resistere non potuerunt propter nimiam sæuitiam ipsorum & tyrannicam potestatem; Et suspirabant, & gemebant sub indebita seruitutis mole, aspirantes, ac desiderantes cum multis gemitibus videre tempora, quæ nunc vident, videlicet, quòd ad naturale dominium S. R. E. redirent, & sub vero dominio ipsius & regimine regerentur, & defenderentur, à tyrannorum oppressionis, persecutionis, & vsurpationis molestia liberati; qui tyranni neq; centenaria præscriptione quicquam de iure S. R. E. diminuere potuerunt, & quòd tyrannica & violenta possessio caret bono principio & medio, per quod concluditur, quòd & fine; licet nec tempus centum annorum, imò nec etiam septuaginta defluxerit. propter quod ius &, dominium S. R. E. intactum est, & extitit, ac illæsum, vt tunc, & nunc, & medio tempore dominium illibatum ipsius Ecclesiæ est, & fuit. Verùm omnipotens Deus, qui suo alto consilio de malo bonum elicit, pro sua S. R. E. & pro nobis Communi & Populo Ferrarien. ijs diebus operatus est magnalia, benedictus ipse: nam Venetorum populus quærentes, quæ sua non sunt, nec fuerunt, nec erunt, moliti sunt his diebus Populum Ferrarien. Ciuitatem, & districtum vt ipsum ab ipsa S. R. E. subtraherent, dominij cuius sunt, & fuerunt, & semper erũt Domino concedente: ac etiam per turbulentam molestiam

stiam

ſtiam & hoſtilem incurſum ſuo iugo igne, gladio cæde, ac incendio inferentes nobis & eidem populo, per terram & aquam, vim, viuaque guerra moleſtiam, manciparent: ſed conatum ipſorum execrabilem pius & miſericors, Deus ad honorem veſtrum, Sanctiſſime Pater, & S. R E. tranquillitatem & pacem noſtri populi Ferrarien. modis & vijs diuinitùs inſpiratis, conuertit: nam idem Populus Ferrarien. qui multo tempore ſub Tyrannis ipſum tondentibus obmutuerat, quia os aperire non poterat, nec audebat, Tyrannis ipſis ſubductis de medio, ſtatim ſuperuenit Venetorum infeſtatio cum furore adducere moliens calamitatem ſuper capita Populi Ferrarien. & tam vehementis ſeruitutis molem, quod Populus Ferrarien. vt huiuſmodi conatui obſiſteret, & ipſius obuiaret principijs, os ipſum oportuit aperire, et ad Vos Sanctiſſimum Patrem verum dominum ſuum, recurrere ac clamare, Abba Pater: vt de tantis neceſſitatibus & tribulationibus liberaret eoſdem, & ab eo poſtulare contra ſæuientem impetum Venetorum defenſionis clypeum, vt exurgeret in adiutorium contra guerram Venetorum illatam, quia Populus Ferrarien. per ſe etiam ad modicum tempus ſufficere non valebat. Vos autem, Pater ſancte, Populi veſtri Ferrarien. ſuper exhibitione præſidij, ac ſuccurſus contra Venetos, ſtatim miſſo legato de latere, et non quomodocunque, ſed de latere, ac veſtro ſanguine benedicto, ſcilicet D. Arnaldo, Dei prouidentia S. Mariæ in Porticu Diacono Cardinali, & extenſo brachio virtutis & fortitudinis S. R. E. ſpirituali & temporali exurrexiſtis, ne dùm in adiutorium ipſius veſtri Ferrarien. Populi, imò quaſi totum, vt miniſter, & Vicarius Ieſu Chriſti peregiſtis, quod ad obtundendam Venetorum audatiam & ad noſtram libertatẽ vindicandã pertineret. Veſter autem Populus Ferrarien de faucibus Venetorum, in quas penè lapſi fuerant, erecti nunc per manum veſtram, S. P. liberati, & in tuto poſiti, & plena libertate fruentes, ad gratiarum actiones aſſurgunt, vt vaſſalli Domino ſuo ſeruire parati certè profitentur: quòd ſi ſuper dominio Ferrarien. Ciuitatis & diſtrictus, vos S. P. & S. R. E. illum ab antiquò non haberetis titulum, quem vos habere recognoſcimus, pro hac defenſione tuitione & liberatione Populi Ferrarien. & tyrannide Venetorum, quam in præſenti manus glorioſa veſtra operata eſt, iuſtum eſſet Ciuitatem & diſtrictum Ferrariæ veſtro ſubdi dominio temporali. Cùm enim Ciuitas Ferrarien. & Comitatus à cuiuſque dominio & poteſtate, præterquàm R. E. ſint liberi, & immunes: nulli facerent iniuriam, ſi inuicem tanti beneficij ſuſcepti ſe & Ciuitatem, Comitatum &

tum &

tum & districtum, & omnia bona sua mobilia & immobilia subijcerent vestro & S. R. E. dominio temporali. Ea propter, quia vestra fuit Ciuitas & totus Comitatus & districtus Ferrarien. ab antiquò & à fundatione ipsius Ciuitatis ex causis & priuilegijs contentis in registris S. R. E. & continuò vestra permansit, vt & nunc de vestro dominio sit, vt supra professio à nobis emissa declarat. Ideò dominium, quod etsi vestrum non esset, vt est & fuit, ex hoc, quod à vobis suscepimus in hac necessitate beneficium, vt præmissum est, vobis & E. Rom. subdi & concedi deberet. Scimus, profitemur & recognoscimus nomine, quo supra, vobis D. N. Clementi V. Summo Pontifici & vestris successoribus & Rom Ecclesiæ, quòd dicta Ciuitas Ferrariæ, ab antiquissimo tempore & à fundatione ipsius Ciuitatis Ecclesiæ Romanæ subest. & subfuit pleno iure, quoad temporalem etiam Iurisdictionem, merum, scilicet, imperium, atque mixtum & omnimodam Iurisdictionem: et quòd ab ea recepit primarium fundamentum, & liberationes postmodùm multas & magnas, vt superius est expressum. Quapropter nomine, quo supra, vobis D. N. Clementi V. & vestris successoribus & Ecclesiæ Romanæ recognoscimus & profitemur, offerimus, & resignamus, concedimus, subijcimus, transferimus & submittimus, quantùm possumus & ad nos pertinet, licet omnia prædicta & infrascripta sint vestra & Ecclesiæ Romanæ, ac fuerint ab antiquò & à fundatione ipsius Ciuitatis, omnia pedagia, datia, talonea, ripatica, aquas, aquarum decursus, Iurisdictiones altè & bassè, merum imperium atque mixtũ, gladij potestatẽ & omnimodã Iurisdictionẽ & bona & iura omnia, quocunq; nomine censeantur, quæ ipsa Ciuitas Populus Ferrarien. seu quiuis ibidem præsens soliti sunt tenere, possidere, vel seu exercere per se, vel per alium quocunq; nomine siue modo in dicta Ciuitate, Comitatu & districtu Ferrariæ: Et nomine, quo supra, obligamus dictum Commune, homines, personas & bona ipsius, & promittimus, quòd omni tempore prædicti Populus & Commune & singuli de ipso Communi habebunt, & tenebunt rata & firma omnia singula supradicta, hoc adiecto, quòd si circa prædicta, vel aliquod prædictorum dubietas aliqua insurgeret, interpretatio & declaratio fiat ad voluntatem & dispositionem plenam & liberam D. Papæ Clementis & successorum suorum & Apostolicæ Sedis. Promittentes nos Sindici supradicti, nomine quo supra, sub pœna amissionis omnium bonorum, si quæ sibi remanserint, et singularium personarum eiusdem, quam ipso facto incurrant, si contra præmissa fecerint, vel aliquod præmissorum

quòd

quòd nos, vel Populus, & Commune prædicti contra præmissa: vel aliquod præmissorum nullo vnquam tempore veniemus de iure, vel de facto per nos, vel per alios aliquo modo, vel causa: Et nomine dicti Communis nos Sindici prælibati, et singularium personarum eiusdem, et in ipsorum animas de omnibus prædictis adimplendis et complendis Vobis D.N. Clementi Papæ V. et successoribus vestris et Rom. Ecclesiæ ligium, homagium, necnon et fidelitatis iuramentum præstamus.

Post huiusmodi recognitionem idem Clemens per suas sub plumbo expeditas litteras statuens super bono & quieto regimine dictæ Ciuitatis ordinauit inter cætera, quòd per Potestatem & consilium dictæ Ciuitatis cum consensu Vicarij Sedis Apostolicæ eligantur duodecim Antiani de fidelioribus, & melioribus dictæ Ciuitatis, quorum vnus litteratus sit pro consul, qui nec in aliquo casu iurisdictionem exerceant: sed, cùm per Potestatem & Consilium de voluntate & consensu ipsius Vicarij vel eis Locumtenentis vocati fuerint, consulant fideliter super ijs, de quibus requirentur, & quæ iniungentur eisdem: qui etiam iurent in manibus D. Vicarij, quòd benè & legaliter in eorum officio se habebunt, & honorem S. R. E. in omnibus fideliter conseruabunt: qui si minus sufficientes reperti fuerint, idem Vicarius amouere, & alios sufficientes & idoneos substituere valeat cum consilio Potestatis & consilij prædictorum.

Deindè idem Clemens per alias suas litteras Guglielmum Vicecomitem in Vicarium generalem dictæ Ciuitatis, Comitatus, & districtus pro se & Rom. Ecclesia in temporalibus ad beneplacitum constituit, & successiuè fuerunt alij Vicarij pro tempore constituti, etiam ad beneplacitum, vsq; ad annum 1332.

Verum de anno 1332. Ioannes 22. deputauit Vicarios dictæ Ciuitatis & districtus Ferrariæ pro se & Ecclesia Romana Opizonem, Nicolaum, & Rainaldum Estenses, & quemlibet eorum insolidum vsq; ad decennium sub annuo censu decem millium florenorum soluen. Videlicet, 5000. in festo Natiuitatis D. N. & 5000. in festo Beatorum Petri & Pauli, præuia tamen ipsorum Opizonis, Nicolai, & Rainaldi confessione & recognitione, quòd Ciuitas Ferrariæ (sunt verba concessionis) eiusq; Comitatus & districtus cum omnibus suis iuribus & pertinentijs pertinuerunt ab antiquò, pertinebant, & pertinent ad plenum ius & proprietatem Beati Petri & S. R. E. & fuerunt sunt & esse debent de omnimoda iurisdictione, potestate, &

c dominio

dominio cum mero & mixto Imperio S. R. E.

Et quòd ipsi Opizo, Nicolaus, & Rainaldus in Iurisdictione, potestate, & dominio, ac mero & mixto imperio Ciuitatis prædictæ, illiusq; Comitatus & districtus non habent aliquod Ius, nec habuerunt, nec habebunt.

Nec non promissione de habendo & retinendo stipendiarios sufficientes pro defensione dictæ Ciuitatis & districtus, transmittendos in obsequium & ad mandatum Papæ iuxta possibilitatem ipsorum & dictæ Ciuitatis, numerum non exprimendo, cùm plus facere intendant, quàm promittant.

Quòdq; elapso dicto decennio liberè dimittent, & restituent Papæ & successoribus suis, ac deputatis ab eo, ac eidem S. R. E. Ciuitatem & Comitatum prædictos cum suis Iuribus & pertinentijs vniuersis: & supradicta omnia medio Iuramento, quod tactis etc. obseruare & adimplere promiserunt.

Et pro maiori cautela Sedis Apostolicæ promissioni & obligationi, vt supra, facta per D D. Opizonem, Nicolaum, & Rainaldum de fidelitate seruanda & de restituendo elapso decennio, accesserunt & se obligarunt Communitates, Ciuitatum Florentin. & aliarum & obligationi de soluendo flor. decem millium pro censu singulis annis accesserunt plures Ciues & mercatores Ferrarien.

De anno 1344. cùm dicti Opizo, Nicolaus, & Rainaldus cessassent in solutione aliquorum terminorum dicti census, & etiam lapsum esset decennium, & ideò mortuo Rainaldo dicti Opizo & Nicolaus superstites, restitutis prius clauibus Ciuitatis Ferrariæ in manibus fe. rec. Clementis VI. supplicassent, vt ipsos ad aliquod aliud tempus Vicarios deputaret, idem Clemens transmissis dictis Clauibus ad Beltraminum Episcopum Bononien. eidem mandauit, vt personaliter se conferret ad Ciuitatem Ferrariæ, ipsamq; ac illius, Comitatum, & districtum cum suis iuribus & pertinentijs vniuersis, ac mero & mixto Imperio, iurisdictione, & potestate omnimoda pro Rom. Ecclesia reciperet & teneret, & per se, vel alium nomine ipsius Pontificis & Ecclesiæ Rom. regeret, & gubernaret, & postquàm receperit, & tenuerit, ac pacificè nomine prædicto possederit, dictos Opizonem, & Nicolaum ad nouem alios annos Vicarios deputaret sub annuo censu flor. decem millium, ac præuia confessione & recognitione dominij Ecclesiæ Rom. facienda per Opizonem, & Nicolaum, vt supra in deputatione Ioannis 22. & per Commune Ferrariæ in amplissima forma, et etiam vt in recognitione facta tempore Clementis V. de qua supra.

Et obli-

Et obligatione de soluendo in certis terminis flor. quadraginta millia, pro residuo census decem priorum annorum cum fideiußione Communis Ciuitatis Mutinæ, & de soluendo pro censu aliorum nouem annorum flor. decem millia singulis annis, cum fideiußione nonnullorum Ciuium Ferrarien.

Et promißione, quòd dictus Opizo, & Nicolaus seruabunt fidelitatem Papæ, & Ecclesiæ Romanæ, & finito tempore dictorum nouem annorum dictam Ciuitatem, Comitatum & districtum cum mero & mixto imperio, omnibusq. alijs iuribus & pertinentijs Romanæ Ecclesiæ integrè, realiter, & liberè, & cum effectu restituent sub fideiußione. Communium, Ciuitatũ Florentin., & aliarum.

Pacto etiam adiecto, quòd dicti Opizo, & Nicolaus occasione quarumcunq. expensarum ratione defensionis, refectionis, ædificationis, reparationis, vel aliàs in Ciuitate cum Comitatu & districtu prædictis, vel eorum occasione factarum, & in posterùm facien. finito tempore non retardabunt restitutionem Ciuitatis Comitatus, & districtus prædictorum, nec dictas expensas quacunq. ratione, seu causa factas, vel faciendas poßint exigere, seu petere ab Ecclesia Rom. nec etiam ipsi Rom. Ecclesiæ imputare, & quòd dicta Ecclesia ad dictas expensas minimè teneatur.

Et quòd in districtu Ferrarien. noua Castra, vel noua Fortalitia non facient, & si quæ facta sunt, ad omne mandatum Papæ destruere teneantur.

Et promißione de habendo, & tenendo suis proprijs expensis centum stipendiarios equitès, transmitten. quocunq. in obsequium, & ad mandatum Papæ tribus mensibus singulorum annorum, quotiescunq. pro parte Ecclesiæ fuerint requisiti: et si contingeret, quòd Ecclesia indigeret maiori numero stipendiariorum, teneantur toto posse suo Ecclesiam adiuuare, etiam pro longiori tempore, & vltra dictos centùm.

Ac præuia promißione Communis Ciuitatis Ferrariæ, quòd finito dicto tempore officiales & ministros, qui per Ecclesiam deputabuntur, honorabiliter, & reuerenter ad regimen, & administrationem omnimodam dictæ Ciuitatis, Comitatus, & districtus absq. contradictione, & diffugio recipient, ac eis, & nulli alij, vel alijs, cuiuscunq. conditionis præheminentiæ, vel status existant, directè, vel indirectè, publicè, vel occultè in his, quæ ad regimen, & administrationem pertinent obedient, seu parebunt, ipsamq. Ciuitatem liberè restituent.

Et cum promißione etiam dictorum Opizonis, & Nicolai, quòd non

erunt

erunt contra Ecclesiam Rom. non facient ligam cum Ludouico Bauaro, nec cum rebellibus, & inimicis Ecclesiæ, nec eis auxilium præstabunt: quòd defendent fidem Cattolicam, hæreticos euitabunt, & exterminabunt: Nuntijs & alijs Sedis Apostolicæ auxilium præstabunt: Terras Ecclesiæ non inuadent, bona Ecclesiæ restituent: Ecclesiasticas personas suis iuribus, Priuilegijs, & libertatibus gaudere permittent: secundùm Iura, & Statuta non reprobata iustitiam ministrabunt: bona Ecclesiæ in eisdem Ciuitate, Comitatu, & districtu non alienabunt, & demùm præstito iuramento fidelitatis cum omnibus suis Capitulis.

Qui Beltraminus Episcopus contulit se ad Ciuitatem Ferrariæ, & habita pacifica possessione dictæ Ciuitatis, Comitatus, & districtus, illaq. per plures dies continuata & retenta, omnes actus possessorios, & iurisdictionales faciēdo, & exercendo, receptisq. prius confessionibus, recognitionibus, promissionibus, obligationibus, fideiussionibus, pactis, conuentionibus, iuramento fidelitatis, & alijs supradictis præfatum OpiZonem (Nicolaus enim interim decesserat) ad dictos nouem annos sub eodem censu decem millium florenorum Vicarium constituit.

De anno 1350. dictus OpiZo constituit suum procuratorem d. Iacobum de Salimbene ad supplicandum eidem Clementi Sexto, vt vellet ipsi OpiZoni, & eius filijs legitimis & naturalibus cōcedere dictam Ciuitatem Ferrariæ, eiusq. Comitatum, & districtum iure feudi, vel iure emphyteotico ad annos 29. & renouandum iure prædicto, vel saltem supradictam concessionem in Vicariatum prorogare ad aliquod aliud tempus: & dictus Clemens repetitis & reiteratis similibus confessionibus, recognitionibus, promissionibus, obligationibus, pactis, conuentionibus, iuramento fidelitatis, & alijs, vt supra, dictam concessionem prorogauit ad decem annos pro ipso Opizone, & post ipsius mortem pro Aldobrandino, Nicolao, Vgone, Fulcone, & Alberto eius filijs legitimis & naturalibus; Ita quòd ipse, & post ipsius mortem eius filij, durante concessione, & prorogatione prædicta plenam habeant potestatem exercendi omnimodam iurisdictionem temporalem cum mero & mixto imperio ad eandem Ecclesiam pertinen. per se, vel alios, auctoritate & nomine Papæ & Romanæ Ecclesiæ. Et cum Opizo obijsset ante lapsum dictorum decem annorum, dicti eius filij, Videlicèt Aldobrandinus, & Nicolaus, qui erant maiores quattuordecim annorum, per seipsos, & Fulco, Vgo, & Albertus, qui erant minores, cum auctoritate & consensu Curatoris fecerunt

runt similes confessiones, recognitiones, promissiones, obligationes, & iuramenti fidelitatis praestationes, in termino sex mensium à die obitus patris, vt ex forma dictae prorogationis facere tenebantur.

De anno 1361. mortuo Fulcone fe.re. Innoc. VI. praeuijs recognitionibus, et alijs supradictis, ac reiterato iuramento fidelitatis prorogauit dictã concessionẽ Aldobrãdino, Nicolao, Vgoni, & Alberto superstitibus ad alios septẽ annos.

De anno 1366. mortuo etiam Aldobrandino, Vrbanus V. reiteratis recognitionibus iuramento fidelitatis, & alijs supradictis, prorogauit dictam concessionem, Nicolao, Vgoni, & Alberto etiam superstitibus ad alios sex annos.

De anno 1372. mortuo etiam Vgone, Gregorius XI. prorogauit dictã cõcessionẽ cum recognitionibus, promissionibus, pactis, cõuentionibus, & alijs supradictis ad vitam dictorum Nicolai, & Alberti, & vtriusq; ipsorum, reiterato etiam iuramento fidelitatis.

De anno 1390. mortuo etiam Nicolao, Bonifacius IX. extendit huiusmodi concessionem ad dicti Alberti, & suorum filiorum legitimorum et naturaliũ vitam, & illis deficientibus ad vitam Nicolai eius filij naturalis, cũ quo, vt in euentum praedictum valeret Vicariatũ huiusmodi recipere, & licitè exercere, dispẽsauit super defectu nataliũ: cum eisdẽ tamen recognitionibus, et alijs supradictis: ac etiã cum iuramento fidelitatis, quod voluit per eundem Albertum renouari, vt renouatum fuit, & post eius mortẽ per dictos filios praestari.

De anno 1394. mortuo Alberto sine filijs legitimis & naturalibus, superstite Nicolao illegitimo, & vt supra, ad dictum Vicariatum praeuia dispẽsatione habilitato, idem Bonifacius IX. extensionem, vt supra, factã ad vitã Nicolai confirmauit; & nihilominus illum de nouo constituit Vicarium ad eius vitam cum recognitionibus, iuramento fidelitatis, & alijs supradictis.

Martinus V. postquã censum florenorum decem milliũ ad 5000. reduxerat, & deindè ex dictis 5000. florenis mille pro dicti Nicolai prouisione retinẽdos assignauerat, & demum licèt dictus Nicolaus haberet Herculẽ, & Sigismundum filios legitimos & naturales, & Leonellũ, & Borsum naturales, dispensauerat cũ Leonello naturali: ita quòd etiã in Vicariatu Ferrariae posset succedere, ac si primogenitus, vnicus, & principalis haeres dicti Nicolai de legitimo matrimonio procreatus existeret: dictus Martinus inquam, vt enunciatur in infrascripta confirmatione Eugenij IV. extendit dictã concessionẽ ad dictum Leonellum, vt supra habilitatum, et post dicti Leonelli mortẽ ad illius filios legitimos, & eo sine legitimis liberis decedente, ad omnes alios filios dicti Nico-

lai genitoris legitimos, & legitimatos, & quemlibet eorum superuiuentē sub eo dē censu florenorū 5000. cū retētione dictorū florenorū mille pro sua prouisione.

Eugenius IV. confirmauit dictas litteras Martini, quas enunciat, & voluit per dictum Leonellum præstari iuramentum fidelitatis, easdemq; Literas confirmauit etiam Nicolaus V.

Qui Nicolaus V. posteà de anno 1450. & mēse Septēbris, cùm dictus Leonellus esset cōstitutus in maxima, & incurabili infirmitate, legitimando Borsum alium filium naturalem dicti Nicolai, dispensauit, vt posset succedere in quibuscunq; Vicariatibus, & præsertim Ferrariæ.

Deindè de mense Octobris eiusdē anni 1450. mortuo Leonello relictis Nicolao filio legitimo & naturali, & Hercule, & Sigismūdo fratribus legitimis, & naturalibus, & Borso dicto fratre naturali, vt supra legitimato, idem Nicolaus V. narrato quòd dictus Nicolaus filius legitimus, et naturalis dicti Leonelli erat in pupillari ætate cōstitutus, & quòd ipse Borsus fuerat legitimatus, & habilitatus, vt supra, & quòd Communitas et homines Ciuitatis Ferrariæ ipsum Borsum mirum in modum diligentes, & venerantes vnanimiter, et cōcorditer in Marchionem elegerāt; vt ipsam Ciuitatem, & ipsos regeret, & gubernaret: & considerato, quòd electio huiusmodi (sunt verba literarū) de persona Borsij plurimis virtutibus insignita, cum maxima hominum cōcordia, quodammodo diuinitus facta erat, & quòd attentis præmissis, de alio Vicario nō poterat prouideri sine maximis contentionibus, & scandalis, & multorum hominum occisionibus: & quòd dicti Ciues dixerant, & firmiter dicebāt nolle alium Marchionē, quàm Borsū: & pro certo etiā tenens dictus Pōtifex, quòd dictus Borsus dictū Nicolaū nepotē, & Herculē, & Sigismundum fratres paterna caritate tractaret: ijs, & alijs iustis, & honestis causis animū suū mouentibus, ac reuocādo omnē aliū Vicariū dictæ Ciuitatis, vigore literarū prædecessorū, & suarū, constitutū, & deputatum post obitum prædicti Leonelli: dictū Borsum, & post mortē suā suos filios legitimos in prædicta Ciuitate Ferrariæ Vicarios in tēporalibus cōstituit, sub annuo censu 5000. florenorum auri de Camera: non obstantibus alijs literis, & concessionibus prædecessorum, & suis, ac iure dictis nepoti, & fratribus ex ipsis quæsito, seu etiam quærendo: cum conditione tamen, quòd infra sex menses teneretur facere, prout fecit, prædictas confessiones, obligationes, pacta, & conuentiones: ac præstare, prout etiam præstitit, solitum iuramentum fidelitatis.

De anno 1472. fe. re. Sixtus Papa IIII. mortuo dicto Borso constituit in

dicta Ciuitate Ferrariæ (sunt verba literarũ) illiusq; Comitatu,& districtu Vicarios in temporalibus generales Herculem fratrẽ Borsi,et dicti Nicolai filium legitimum & naturalem,& post eius mortẽ suos filios legitimos & naturales vsq; in tertiã generationem,cum mero,& mixto imperio,ac omnimoda iurisdictione tẽporali:quæ inibi per dictam Ecclesiam,vel alium exerceri cõsueuit,ad honorem ipsius Papæ,& huiusmodi Ecclesiæ statum pacificũ:ac omnibus fructibus,redditibus, & emolumentis:ità tamen quòd tenerentur dictã Ciuitatem,territorium,districtum,Comitatum,& eorum Arces,fortilitia, & Rocchas suis sumptibus,& expensis fideliter,& diligenter manutere,conseruare,defendere,& custodire;ac cætera alia onera supportare,absq; eo q̃ Ecclesia pro huiusmodi Vicariatu,gubernatione,defensione,& custodia subuenire in aliquo teneretur; & nihilominus dicto Vicariatu durante,tenerentur singulis annis soluere S.R.E. & Cam. Apost. pro censu,& nomine censusflorenos 5000. auri de Camera,retentis mille pro eorum prouisione. Voluit autem quòd dictus Hercules,& post eius obitũ dicti filij,& nepotes tenerentur iurare de fideliter regendo & gubernando,& quòd nullo vnquam tempore permitterent,quòd dicta Ciuitas,Comitatus, & districtus ab Ecclesia Rom subtrahatur,aut alterius singularis personæ,vel Vniuersitatis iurisdictioni, vel dominio subijciatur,& quòd ipse, & successiuè dicti eius filij, & nepotes præstabunt iuramentum fidelitatis iuxta formã solitam. Præterea voluit, quòd dictus Hercules præfulgeret titulo & insignibus Ducalibus,seq.posset nominare, & nominari facere Ducem Ferrariæ,per hoc autem,& alia præmissa declarauit non intendere, quòd prior status, qualitas & conditio dictæ Ciuitatis, Comitatus,& districtus,siue Ciuium,Comitatẽsium.& Incolarum,aliaq. Iura Ecclesiæ,quomodolibet debita,sint in aliquo immutata, alterata,seu diminuta,sed illa omnia & singula in suo pristino statu,robore,& vigore,suaq. firmitate semper illibata persistant,& inuiolata permaneant.

De anno 1501. Alexander Papa VI. erexit Ciuitatem Ferrariæ in Ducatum prædictosq. Herculem,ac illius filios,& nepotes Duces Ferrariæ ordine infrascripto constituit, statuens quòd deinceps (sunt verba literarum) Ciuitas ipsa Ferraria perpetuis futuris temporibus,Ducatus Ferrariæ,& Hercules Dux, ac filij,& nepotes prædicti Ferrariæ Duces successiuè existerent, & quòd gauderent omnibus iuribus,honoribus,ac libera,& omnimoda Ducali dignitate, potestate,& iurisdictione; concessione etiam cuiuscunq; gradus supremi meri,& mixti imperij,omniumq; & singulorũ iurium regalium nuncupa-

cupa-

cupatorũ,ac quibuſcunq. prærogatiuis,quibus alij Ducatus,& Duces,quantumcunq. magni,de iure,cõſuetudine,priuilegio,vel aliàs quomodolibet,vtũtur,ſeu vti poterunt in futurum:quæ omnia eiſdem Herculi,filijs,& nepotibus pro potiori cautela de vberioris dono gratiæ ſucceſsiuè conceſſit, donauit, & elargitus fuit,Volẽs etiam & ordinans pro maiori quiete,& meliori regimine dictæ Ciuitatis,& locorum,quòd prædicto Duce Hercule functo vita ſuccederet Alphonſus eius primogenitus, & ipſo Alphonſo decedente etiam dicti Alphonſi primogenitus,& ex ipſo primogenito primogenitus,& eo ſine filijs deficiente ſecundogenitus, & ſic ſucceſsiuè ex linea dicti Alphonſi deſcendentes, illiſq. omnibus deficientibus ſecundogenitus prædicti Herculis Ducis,& filij, modo præmiſſo:ita quòd ſemper ſucceßio huiuſmodi ad primogenitum, & eo ſine filijs decedente,ad ſecundogenitum, & ſucceſſiuè ad alios ſeruato ordine prædicto deueniret:& inſuper attentis magnis expenſis,vt aſſerit, per dictum Herculem factis in melioramentis,& vt ad alia maiora,& vtiliora peragenda in dies magis alliceretur,cenſum prædictum florenorum 5000.quoad Herculem,& Alphonſum illius primogenitũ,nec non ex ipſo Alphonſo primogenito & Lucretia Borgia eius vxore deſcendentes maſculos,ad centũ, & eis deficientibus,quoad alios ſucceſſores,ad mille florenos dumtaxat reduxit,& moderatus fuit,non obſtante iuramento,quod,ſecundum prædictarũ litterarum tenorem,de obſeruandis omnibus, & ſingulis capitulis,modis, & condõnibus contentis in illis,prædictus Dux Hercules præſtitit,ac dictum Alphonſum,deſcendentesq. & ſucceſſores prædictos in poſterũ præſtare contigerit,quoad cenſum huiuſmodi, iuxta reductionem prædictam,eis omninò relaxauit.

Mortuo Hercule ſucceſſit dictus Alphonſus eius primogenitus,qui poſtquam ex certis tunc expreſſis cauſis fuerat priuatus à Iulio II. & deinde reſtitutus à Leone X. & poſtmodum priuatus ab eodem Leone,& deniq. à Clemente VII.deceſſit pluribus relictis filijs,inter cæteros Hercule legitimo,& naturali,ex quo natus eſt Alphonſus vltimo loco defunctus,& Alphonſo naturali,ex quo natus eſt Cæſar.

Et ſucceſſiuè mortuo Alphonſo I. ſucceſſit Hercules ſecundus filius legitimus & naturalis,& eo mortuo ſucceſſit Alphonſus ſecũdus eius filius,etiam legitimus & naturalis,qui vltimo loco deceſſit,& per eius obitum ſine deſcendentibus dictus Ducatus Ferrariæ ad Sedem,& Cameram Apoſtolicam eſt deuolutus, non obſtante exiſtentia Cæſaris filij legitimi & naturalis dicti Alphonſi naturalis.

ALLEGATIONES CÆSARIS ESTENSIS.

Omnipotentis Dei ſuffragio implorato.

CONTROVERSIA hæc, quæ de Ducatu Ferrariæ oritur, maximè ardua eſt, tum ob rei magnitudinem, tum ob articulorum difficultatem;& ideò, vt rectius definiri valeat, exiſtimaui de ſingulis capitibus diſtinctè agendum.

Primum autem caput eò pertinet; An Summus Pontifex, qui meritò omnes iudicat, & à nemine iudicatur, in hac cauſa cognoſcere debeat: An verò potius illi honeſtum, ac decens videri, vt cauſam ad communes amicos, & arbitros deferat.

In qua difficultate ſentio ſanctiſsimum, ac pijſſimum Paſtorem non defuturum iuſtiſſimis precibus Ducis, qui illum ſuplex orat, vt ab hoc munere iudicandi abſtinere velit, & aliquem ex Principibus Chriſtianis eligere.

* Et ſi enim Principes * ſupremi, quales ſunt Papa, & Imperator, in
1 propria cauſa iudicent. † l. proximè ff. de his, quæ in teſta. delen. l. Et hoc Tiberius. de hæred. inſtit. notant Docto. in l. Qui iuriſdictioni. de iuriſdict. om. Iud. vbi Dec. poſt alios n. 10. & in c. Cum veniſſent, vbi Abb. n. 6. Fely. n. 5. & 6. Dec. n. 33.
2 de iudi. † Et de Sede Apoſtol. ſoleat dici illam non poſſe à quopiam iudicari, neq; ab Auguſto, neque ab omni Clero, neque à populo, neq; à Regibus: ſed ſoli iuditio Dei reſeruatam, c. Nemo. c. Cuncta per mundum. c. aliorum. 6. q. 3.

CONFVTATIO. I.

* Et ſi enim Principes, &c. *

1 *DE Iure communi † Papa nedum iudicialiter, ſed de facto poteſt procedere contra occupantē res, & bona ad Sanctam Romanam Ecclesiam ſpectantia, Hoſti. Io. Andr. Abb. Egid. Card. in c. cum olim. de re iud. pro quorum opinione faciunt gl. in c. 1. in ver. temeritate, de maled. glo. in c. Guiliſarius. 23. q. 2. quas refert, & ſequitur Bero. in c. cum veniſſent. nu. 26, cum ſeq. de iud. & pro hac parte deduci etiam poteſt tex. in l. 1. C. de officeius, qui vic. alia Iud. vt præſes obtin. dicit enim ibi Imperator, ad Vicarium Præſidis ſpectare cognitionem cauſarum, quæ ad Reipublicæ vtilitatem pertinent. Nàm ſi Vicario hominis hæc competit iuriſdictio, multo magis Vicario Chriſti*
2 *† in ea, quæ ad eum, cuius vices gerit, in terris pertinent: hoc idem tenuerunt Io. Fab. in ſuo Breuiario Cod. tit. ne quis in ſua cauſa, & Caſſan. conſuet. Burgun. rub. 1. §. 4. num. 67. fol. 38. Et in*
3 *cauſa propria poteſt Papa † cognoſcere & iudicare, vt nec in ea ſuſpectus allegari, vel recuſari poſſit, tenent communiter*

Docto. in l. est receptum, vbi Bar. nume. 1. Fulg. in prin. Ias. num. 5. ff. de iurisd. omn. iud. Bal. in l. cum in antiquioribus colum. penul. versic. & Prin-
4 *ceps potest. C. de iur. delib. vbi † subdit quòd ridiculum est, & quasi hæreticum hoc disputare, Abb. post Hosti. & Io. And. in c. querelam, num. 7. de elect. Feli. in dicto cap. cum venissent, nu. 5. in fi. de iud. Io. de Silu. de benef. par. 3.*
5 *q. 8. num. 25. quia cùm ipse † sit Vicarius Dei, non est credendum, quòd ipse sit iudicaturus aliter, quàm ipse Deus iudicaret, vt dicit Anchar. in d. c. cum venissent, num. 3. & Aluar. de Pelag. in tract. de planctu Ecclesiæ, lib. 1. c. 35.*

ALLEGATIO.

* Nihilominus illud * etiam rece-
3 ptum est, † vt de honestate, ac æquitate debeat eligere arbitros, vel causam alijs delegare, qui minimè suspecti censeantur. Cùm & ipse profiteatur se paratum à quocunque iu-
4 dicari, † c. nos si incompetẽter, 2. q. 7. c. Ad Apostolicæ, de re Iud. in 6. vbi in controuersijs inter ipsum, & Imperatorem Federicum proponit se Reges, Principes, atque Prælatos in vnum conuocaturum, quò de iustitia ipsius causæ facilius liqueat, idq; tradiderunt gloss. Abb. Fely. & Dec. mox relati, Oldrad. cons. 124. num. 3. Isern. c. Imperialem. nu. 84. de prohib. feud. alien. per Federic. Et quòd Pontifex ad preces Oratorum Regis Fráciæ debeat abstinere à Iudicando in rebus, quæ tangunt
5 ipsum, vel eius † Ecclesiam scribit Franc. Marc. decis. 455. num. 65. par. 2. & in terminis Ducis nostri Ferrariæ cum Paulo III. Pontifice
6 Maximo tradidit Alcia. † resp. 2. num. 26. lib. 3. eandemq́ue opinionem nouissimè sequũtur Menoch. consil. 94. num. 12. Surd. cons. 50. num. 28. & plures alij.

Secundò, & si multi asserant, ne quidem Pontificem posse iurisdictioni Iudicis secularis se submitte-
7 re; adeò vt hanc † communem affirmẽt Ias. & Dec. in l. est receptum, num. 3. de Iurisdict. omn. Iud. idem Dec. c. Ecclesia S. Mariæ, nu. 64. de Constit. Nauarr. in c. Nouit. 3. not. num. 47. & num. 75. de Iudi. vbi in-
8 quit non decere, † quòd Pontifex se submittat iuditio seculari, & quod iura in contrarium allegata procedunt ex nimia humilitate, & modestia, vt ita declarant Io. Capistran. in Tracta. de potesta. Papæ 3. quæst. 2. par. num. 217. Card. Alban. in eod. Tracta. prima par. num. 115. & multi alij.

Tamen ex distinctione aliquorum casuum veritas huius conclusionis haberi potest.

Primus est, quoties de persona ipsius Papæ astringenda ageretur;
9 † & tunc iuditium alicuius subire non debet: & ita procedant iura allegata in c. nemo, & c. aliorum. 9. q. 3. in decis. Capistran. & Card. Alba. & est de mente Præposi. d. c. nos si incompetenter, & Bellamer. c. in synodo. 63. dist. & aliorum, quos omitto; cũ de hoc ad præsens non agatur.

Secun-

Secundus est casus, quoties causa
10 fidei, † aut alia concernens vniuersum statum Ecclesiæ tractanda esset; & tunc eiusmodi subiectio non valeret, Cataldin. de potesta. Papæ num. 38. & n. 42. & 46. vbi quòd in tangentibus fidem, & reformationem Ecclesiæ, talis submisio nō procedit, idemque tradunt Bellam. & Præpos. locis præcit. & hic etiam casus ad nostram speciem non pertinet.

Tertius, & vltimus est, quando causa concernit ipsum Pontificem in
11 temporalibus, † & agitur de interesse ciuili: & tunc negare non possumus, quin possit subire iudicium seculare per viam arbitrij, vel delegationis, vt per Io. Lup. in Tract. de confæd. Prin. §. Ista quæstio, vbi adducit c. Ad Apostolicæ, de quo supra, ad ostendendum, quòd in cau-
12 sa concernente principatus, † & feuda Pontifex accipit Iudicem, Bellam. d. c. in Synodo. nu. 15. Eandem sententiam post Card. S. Sixti tenet Dec. in d. l. est receptum. n. & refert esse communem opinionem Theologorum, vt mirum propterea videatur Nauarr. aliud retulisse in supracitato loco; Cùm & Domi. Sot. lib. 5. q. 4. art. pri. de Iusti. & iu.
13 censeat Pontificem se subijcere † iudicandum in exteriori foro, posseq; arbitrum, & sequestrem eligere: & hoc est etiã, quod dicit Io. de Grass. in repet. c. si Papa. 40. dist. nu. 10.
14 vbi quòd Papa † subijcit se Laico tamquam priuatus, & non vti Pontifex.

Quare cum in hac causa tractandum sit de interesse Summi Pontificis circa temporalia, & deuolutionem huius Ducatus, meritò quæ dicuntur, ipsum teneri de honestate desistere à iudicando, militant optimè in casu nostro.

CONFVTATIO. II.

* Nihilominus illud, &c. * *Magis*
1 *communis opinio est, † quòd nullo modo possit causam suam alteri delegare, vel se submittere Iudicio alterius, præsertim Iudicis, vel Principis secularis: quia faceret iniuriam Deo, vt dicunt Io. And. in c. cum Ecclesia. colum. 2. ad med. & ibi Abb. num. 5. Feli. etiam nu. 5. qui dicit hanc partem veriorem, de constit. idem Abb. in c. P. & G. num. 17. de offi. deleg. & in c. significasti, n. 13. & de for. comp. & in c. at si clerici. in prin. sub nume. 25. de iud. Rom. sing. 144. Pelag. in d. cap. 35. lib. 1. de planctu Ecclesiæ; & quòd ista sit magis communis opinio Doctorum, testantur Ias. in d. l. est receptum, num. 2. Alex num. 4. de iurisd. omn. iudi. Dec. in d. c. cum Ecclesia, nume. 17. de constit. Restaur. Castal. in tracta. de Imper. q. 92. num. 3.*

Et auctoritates ex aduerso citatæ, quæ distingunt inter honestatem, &
2 *necessitatem, loquuntur † per verbum, possit, quod est facultatiuum, l. sæpe. ff. de offi. præsid. vel loquuntur, & sunt intelligendæ, quando Papa vellet iudicare in causa sui patrimonij, secus verò*
3 *quãdo † in causa rerum, & bonorum Ecclesiæ Romanæ, Ant. de Butr. in c. ex*

parte, colum. 2. post med. de verb. signif. Io. Andr. in c. cum olim, vers. fin. de re iud. Abb. in d. c. cum venissent, num. 7. in fi. cum seq. de iud. post Ant. de Butr. ibidem versic. sed quæritur, an Papa. Gozad. in proprijs terminis, consil. 1. num. 27. non enim hic cadit aliqua honestas, vbi in contrarium vrget honor Dei, & Ecclesiæ, cui Pa-
4 *pa nõ potest præiudicare, † vt dicit Abb. in dicto c. cum Ecclesia, sub num. 5. & in dicto c. at si clerici in prin. num. 25. de iud.*

ALLEGATIO.

* Et hæc opinio; * quæ nititur honestate præualere debet: nam potius
15 † quod honestum est, quàm quod vtile sequi debemus, l. semper in cõtractibus. l. non omne quod licet,
16 vbi Doctores, de reg. iu. † Hinc dicimus ius honestatis ab omni superioritate exemptum esse, vt per Dec. & Cagnol. d. l. semper: & ratione honestatis à licitis abstinemus, c. aliud. xi. q. 1. tantaq; est vis honestatis, vt præferenda veniat cuicunq;
17 vtilitati, † & cuius forma, si oculis cerneretur, mirabiles amores sui excitaret, vt ait Cicero lib. 3. Off. & multa ex Sacris Scriptoribus refert Io. Capistr. in Spec. cõscien. §. restat. num. 85. Sic etiam dicimus com-
18 missioni Pontificis, † quæ deuiat ab honestate, parendum non esse, vt per Abb. & alios in c. si quando. de rescrip. Crot. consil. 351. nume. 6.

CONFVTATIO. III.

* Et hæc opinio, &c. * *Nullum vtile potest; neque debet considerari in Summo Pontifice † in quo nullum dominium*
1 *cadit Ciuitatis, neque bonorum huiusmodi: sed Dei tantum, & Ecclesiæ, vt in proposito dicunt Ant. de Butr. in d. c. cum venissent, num. 2. Anchar. nu. 3. Abb. num. 8. de iud.*

ALLEGATIO.

* Quapropter quando * Docto. dixerũt Summum Pontificem de honestate, vel æquitate causam committere debere, non aliud significarunt, quàm quòd hæc opinio præ-
19 ualere † debet: quoniam illa opinio videtur ab illis approbata, quæ maiori nititur honestate, ac æquitate. Lancelot. Dec. l. hæres. absens ff. de Iudi. Decian. resp. 52. nu. 8. vol. 2. cum sim.

Tertiò id etiam à Summo Pontifice concedendũ est; quoniam Principes Christiani hoc exoptãt, illumque deprecantur, vt pro totius Italiæ salute committere dignetur, vt aliquis Princeps non suspectus de Iuribus Ducis cognoscat: & certum est Pontifices solitos esse in re-
20 bus † honestis, ac iustis gratificari Principibus, c. cum inter vniuersas, in fin. c. Quod sicut. de Electio. Brix. in repertor. in verbo, Electio, versic. An, & quando Princeps sæcularis,

 vbi

vbi dicit se in facto obtinuisse, pro Dominis Venetis, vt cassaretur electio Episcopi, qui illis suspectus erat, & magis in terminis, quòd Pon-
21 tifex debeat † in gratiam Senatus Veneti, qui hoc summopetè affectabat, causam committere Iudicibus non suspectis, trad. Decian. resp. 8. num. 159. vol. primo.

22 Quartò id debet facere † ob bonum pacis, quæ facillimè periclitaretur, si per se, vel eius subditos causam cognoscere vellet: & quòd pro bono pacis Papa se submittat Iuditio seculari, si causa sit Ecclesiæ, & agatur de Iuditio ciuili trad. Præpos. d. c. nos si incompetenter. nu. 3. secun. q. 7.

CONFVTATIO. IIII.

* Quapropter quando, &c. * *Impeditur etiam hodie Summus Pontifex,*
1 *hāc causam alteri remittere, quia † sicut nec hodie, stante Bulla Pij V. per ipsum iurata, non potest Statum huiusmodi in alium alienare, sic nec etiam compromit-*
2 *tere, † glo. in c. perueuit, vbi etiam Abb. sub num. 4. de arbit. Specul. eod. tit. §. sed quæritur. in vers. sed nunquid vassallus. Rom. consil. 369. sub num. 18. Alex. consil. 22. colum. peuult. versic. quod autem compromissum. lib. 2. Paris. consil. 134. num. 11. lib. 4. Tiraq. de leg. connub. glo. 5. q. 19.*

ALLEGATIO.

* Sicut & idem dicendum * est,
23 † vt omnis causa suspitionis cesset, & claudantur ora detrahentium: vt per Anchar. d. c. Ad Apostolicæ. nu. 5. de re. iud. in sex. Rom. consil. 521. nu. 7. & 8. Rim. iun. c. 1. num. 49. de Iud. Menoch. d. cons. 94. nu. 12. vbi quòd licèt Papa, & Imperator nō possint recusari, vti suspectis
24 † nihilominus de honestate debent dare Iudices non suspectos, & qui quidem non sint subditi, familiares, vel domestici, aut Consiliarij. Natt. consi. 174. in princ. Burs. consil. 225. nu. 39. & 40.

Quintò quoniam aliàs sic fuit obseruatum inter Clementem Septimum, & Alphonsum Primum: nam de causa Ciuitatum Mutinæ, & Regij, nec non & prætensæ caducitatis huius Ducatus fuit factum compromissum in Carolum Quintum Imperatorem, & laudum sequutum, quod habuit executionē,
25 & sic inducta † videtur obseruantia, ne Pontifices iudicent in controuersijs huius Ducatus, quæ & nunc attendenda venit: vt per Alcia. d. resp. 2. nu. 27.

Et profectò mirum videri deberet, si Sanctissimus Clemens VIII. summa clementia, ac pietate præditus clementior non esset Clemente VII. qui ab hoc munere iudicandi abstinuit.

CONFVTATIO. V.

* Sicut, & idem dicendum, &c. * *Obseruantia est potius in contrarium, quòd scilicet*

scilicet semper Summi Pontifices, quando Ciuitas Ferrariæ fuit occupata, vel ab extraneis, vel ab ipsismet Estensibus
1 *inuestitis, ipsimet Pontifices † fuerunt Iudices, fecerunt processum, condemnarunt, & censuras fulminarunt; vt plura sunt in hoc exempla. Nam Vrbanus pronun-*
2 *ciauit contra Spoletanos, † qui tenebant aliqua bona Ecclesiæ Romanæ occupata, vt dicunt Host. & Io. Andr. in c. cum olim, colum. fi. de re iud. Item etiam Clemens V. id obseruauit in specie quoad*
3 *Ciuitatem Ferrariæ, † quando suo tẽpore Veneti Ferrariam occuparunt, vt in eius Bulla legitur sub Dat. Auinioni, Anno Quarto sui Pontificatus. Idem, & secundò legitur fuisse obseruatum, per Ioannem 22. contra illos de Vice-*
4 *dominis, † qui pariter occupauerant, vt in Bulla sub Dat. Anno Tertio sui Pontificatus, octauo idus Octobris. Tertiò idem fecit Sixtus Quartus contra Ve-*
5 *netos, † qui de nouo Ferrariam occupauerant. Quartò idem obseruauit Iulius Se-*
6 *cundus contra eosdem Venetos, † vt legitur in Bulla priuationis Alphonsi Estensis.*

Prout sunt plura exempla contra ipsosmet Estenses. Nam Franciscus de
7 *Este † de Anno 1312. fuit vti rebellis condemnatus à Ioanne Vigesimosecundo, vt in processu eiusdem de illo Anno octauo Octobris. Secundò Friscus Azo-*
8 *nis † fuit eodẽ modo à Clemente Quinto condemnatus, vt in Bulla indictionis Cruciatæ contra Venetos, vndecimo Kalendas Iulij, Anno Quarto. Tertiò Raynaldus, Azo, & Obizo de Este fuerunt vti rebelles à Ioanne Vigesimosecundò citati & moniti, vt in eius Bulla, Idibus Septembris, Anno secundo; quòd & iterum ab eodem, & contra eosdem obseruatum fuit Anno quarto sui Pontificatus in Bulla sub Dat. octauo Idus Maij. Quartò idem obseruauit Iulius Secun-*
9 *dus cõtra Alphonsum, † vt in eius Bulla priuationis, & censurarum. Quintò, Leo Decimus eundem Alphonsum iterum*
10 *priuauit, & excõmunicauit † adeò, quòd si exemplis esset iudicandum, non est dubium, quòd non sunt attendenda gesta* 11.
per Clementem Septimũ, circa quæ multa dici possent, quæ tamen omittuntur.

ALLEGATIO.

* Sexto etiam si * allegaretur pro parte Sedis Apostolicæ Ducatum Ferrariæ esse feudalem, cùm & pro parte Ducis nostri negetur esse talem, de qua re inferius suo loco agen
26 dum erit; adhuc Summus † Pontifex veluti in causa propria iudicare non posset; vt post Fely. Dec. Curt. iun & alios scribit Menoch. consi. 322. nu. 15. & 16. & vbi etiam fateremur nos in feudo versari, ad iu-
27 ditium parium, † & conuassalorum recurrendum esset, quales sunt Rex Catholicus pro Regno Neapolitano, vel Dux Vrbini, & miles, c. 1. de controu. feud. apud par. termi. c. 1. §. penult. de prohib. feud. alien. per Feder. cum vtrobiq; traditis per feudistas, quod habet locum etiam in Principibus non recognoscentibus superiorem, qui de honestate li-
28 tigant † apud pares, Dec. c. Ceterum. num. 33. de iudi. Boss. de for. comp. num.

num. 177. & in terminis nostris Alcia. d. resp. 2. nnm. 19. lib. 3. qui subijcit iudicium parium non reperi-
29 ri † limitatum in Papa.

CONFVTATIO. VI.

* Sextò etiam si, &c. * *Isti non loquuntur in Papa, in quo est diuersa ratio propter honorem Dei, & Ecclesiæ, vt supra dictum fuit, & ita in feudis Ecclesiæ non*
1 *recurritur ad pares, † vt in puncto Gozad. consil. 1. nu. 27. & in fi. nec etiam loquuntur, quando adest specialis conuentio in Inuestitura facta, vt mox dicetur.*

ALLEGATIO.

* Nec id mirum, * quandoquidem
30 † & Pontifex ipse vult ligari Iuribus, & constitutionibus feudalibus, Gab. consil. 83. nu 80. volum. pri. & cum Iudicium parium inuentum fuerit, ne in propria causa Dominus
31 sibi ius diceret, fortasse † non posset consuetudine induci, quòd Dominus solus Iudicem eligeret, vt per Zas. de feud. par. 11. num. 14. & 15. Bursat. d. consi. 225. num. 41. in casu autem nostro tantum abest, quòd consuetudo contraria inualuerit, quod imò potius iudicium hoc obseruatum fuit ex compromisso in Carolum V. & laudo inde sequuto.

Neque huic conclusioni videntur obstare contenta sub capite viij. pactorum initorum inter Paulū III. & Herculem II. in quo dicitur, quòd Dux, & successores tam in euentum lineæ finitæ Alphonsi Ducis, & in casibus, in quibus vassalli Duces ex forma iuris incidunt in cōmissum; quàm etiam in casibus, in quibus caderent ex dispositione capitulorum Adriani VI. in commissum, & caducitatem cadere censeantur, & cadant, & quod si per Sedem Apostolicam contra præfatum Ducem, & eius successores procedi contingeret, debeat procedi citato Duce, vel eius successoribus, & non aliter; quasi hinc elici potuerit, & Summum Pontificem esse iudicem, & Duces effectos vassallos: quoniam multipliciter huic arguméto respondetur.

CONFVTATIO. VII.

* Nec id mirum, &c. * *Hæ conuentiones cum Paulo Tertio tollunt omnem disputationem; Tum quia non sunt exorbitantes à Iure cōmuni; cum priuilegio, seu consuetudine hoc Ius potuit dominus*
1 *sibi reseruare, † Io. de Blanch. in sua sum. feud. par. 4. tit. de contentr. feud. col. 2. vers. Vnde de hac materia sic tene; Tum etiam, quia omnia pacta in Inuestitura apposita, etiam si sint contra naturam*
2 *Feudi, sunt seruanda, † saluo remanente in alijs Iure Feudali, c. 1. de feud. non habent. propr. natur. feud. & c. 1. quid sit Inuest. Curt. iun. de feud. par. 1. q. 6. vers. ego vero. quem refert, & sequitur claræ memoriæ Silu. Aldob. consil. 1. nume. 250. cum seq.*

AL-

ALLEGATIO.

* Et primò * quòd totum hoc capitulum in gratiam ipsorum Ducum fuit conceptum, quod ex lectura clarissimè apparet, proptereaq; nō debet in fauorem Pontificis ita interpretari, vt ipse remaneat Iudex, sed in fauorem Ducis, pro quo appositum fuit, l. insulam, vbi † Bar ff. qui
32 potio. in pig. hab. Alb cōs. 379. n. 7.

CONFVTATIO. VIII.

* Et primo quod totum, &c. * *Imò hoc capitulum in gratiam Ecclesiæ factum fuit propter exemplum Clementis Septimi, quod paulo ante, ita in damnum Ecclesiæ, processerat, & in contra-*
1 *ctibus † id, quod vtriusq; partis consensu firmatum est non potest vnius pœnitentia reuocari, l. sicut C. de actio. & obligat. Bald. consil. 328. num. 1. lib. 1. & res ipsa indicat, cuius fauorem respiciat; negari enim nō potest, quòd vigore huius pacti tollitur quæstio Iudicis de medio.*

ALLEGATIO.

* Secundò * resp. quòd, vt dicit Al-
33 ciat. d. resp. 2. num. 23. lib. 3. † capitulum istud procedit in casu suo, quo ad citationem transmittēdam; non autem impedit, quominus illa transmissa causa coram suo iudice examinetur.

CONFVTATIO, IX.

* Secundò respondetur, &c. * *Alciat.*
1 *in isto consil. 2. num. 33. lib. 3. † non ponderauit verba quæ sunt in fine capituli octaui, ibi, & declaratio, per Summum Pontificem, & Sedem Apostolicam fieri debeat, & non aliter: quæ sunt verba præcisa, & excludunt omnem alium Iudicem glo. & Sali. in l. si quidem. C. de except. & in c. 1. in verb. potest. de reg. Iur. in 6. Bar. in l. de his, num. 1. ff. de transact. Dec. in rubr. C. de eden. num. 20. Tiraq. de retract. conuent. §. 4. glo. 7. num. 14.*

ALLEGATIO.

* Tertiò quòd * cum pro parte ipsius Ducis negetur casus deuolutionis, quinimò, & feudum; non debet in hoc esse iudex summus Pōtifex saltem de honestate, cum enim negetur qualitas hæc, quæ tribuit iurisdictionem, meritò nō ab ipso cognosci debet, cum ex cognitione maximum commodum illi afferretur, † vt post Abb. Iac. Dec. & ali. trad. Menoc. d. resp. 2. cauf. Finariēsis. nume. 93. quod inter eius responsa cōpilatum est, consil 2. volum. 1. & latius in tract. de retin. poss rem. 3. nu. 426. sicut & si de causa feudali esset agendum, adhuc ad pares quidem curiæ, vt supra ostendi, veniendum esset; sed illi, qui essent confidentes, & non suspecti eligendi essent,

34 sent, cum & pares suspecti† allegari valeant, vt latè trad. Alb. consil. 389. num. 7. qui dicit, quòd si Princeps est valde excelsus, nullũ recognoscens superiorem, & potest dubitari, ne pares curiæ nimis ei faueant; iudicium illorum recusari potest, & sequitur Bero. consil. seq. nu. 21. Cæterum absit, quòd in hac causa existimandum sit, Summum Pontificem velle esse iudicem, vel delegare iudices suspectos; cũ imò potius ad scandalum euitandum
35 profiteantur Pontific. † velle à iure proprio desistere, c. 2. vbi Abb. Fel. & alij de præscri. ca. conuenior 25. quæst. 8. cum simm.

Quartò respon. quòd iurisdictio Summi Pontificis fuit restricta ad casum lineæ finitæ, & caducitatis, cumq; negetur pro parte Serenissimi Ducis, hanc esse finitam, meritò ante omnia constare oporteret, aliterquàm coram Summo Pontifice, casus, qui dicitur tribuere iurisdictionem, quoniam articulus iurisdictionis non est separatus à causa principali, si enim linea finita esset, in necessariam consequentiam prætendit Summus Pontifex deuolutionem; igitur cum hæc sint inseparabilia, non debet causa cognosci per Iudicem eundem, vt per Alex. cons. 1. n. 9. vol. 5. Cur. iun. videndus cons. 124. nu. 6. vbi quòd hoc casu iudex superior cognoscit, quòd cum non possit cõuenire Summo Pontifici, qui nullum habet superiorem, vt sup. visum fuit, merito de honestate saltem, eliget iudices confidentes, qui hunc articulum præiuditialem in primis cognoscant.

Quinimò ex hoc capitulo elicitur intentio Ducis Herculis, quæ fuit, ne successores, ac hæredes sui etiam non comprehensi; sed vel ratione melioramentorum, aut alia de causa succedentes expellerentur de facto à possessione in casu lineæ finitæ, sed iudicialiter negotium cum illis ageretur, & interim in possessione perseuerarent. At vbi hęredes se comprehensos asserant, paratiq; sint subire iuditium, cap. nil disponit, & casus remanet in dispositione iuris.

CONFVTATIO. X.

* Tertiò quòd, &c. * *Quoniam istæ con-*
1 *uentiones † quæ dant formam procedẽdi, & citandi, præsupponũt necessariò ortam fuisse, vel posse oriri negationem partis, & controuersiam super extinctione lineæ; nam frustra mandarent citari citandos, nisi præsupponerent posse adesse contradictorem. Præterea regulariter Ius*
2 *consueuit metiri ab auctore, † l. 1. §. 1. ff. si pars hæred. pet. quare sufficit Sanctæ Sedi Apostolicæ probare, Ducem Alphonsum sine filijs decessisse; non autem tenetur probare Cæsarem in Inuestitura non esse comprehensum, quia nunquàm actor*
3 *tenetur ad id † per quod rei intẽtio elidi potest, Oldr. consil. 229. Egid. decis. 76. & pluries Rota coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto, & alias, tenuit. Obi-*
4 *tus autem Alphonsi sine filijs † est notorius, & probatus in actis, etiam ex con-*

ſeſſione Cæſaris, Ideo probata actoris in-
5 *tentione † debebat Cæſar in tempore probare ſuam exceptionem Dec. in c.in præſentia, num. 12. de probat.*

ALLEGATIO.

* Reſponderi etiam poteſt * quintò loco, quòd capitulum hoc locum habere potuit, rebus in eodē ſtatu manentibus, & dummodò nihil in ſequenti tempore à Summis Pontificibus contra cōuentionem geſtum fuiſſet, l.quod ſeruius.ff.de cond.cau.dat. Bal. & Saly.l. fin. C. de non num. pecun.quælibet enim
36 † promiſsio intelligitur, ſi tu fidem mihi ſeruaueris, ſi res in eodem ſtatu manſerint, latè Galeſ. de form. cameral.4.partic.q.3. nu. 14. cum alijs, qui afferri poſſent. Cum autem poſt conuentiones prædictas, & a Pio V.& ab alijs, qui illum ſecuti ſunt multa diſpoſita fuerint circa legitimationes,& deuolutiones feudorum,& aliorum locorum ab Eccleſia recognitorum;nec nō & melioramentor. ex quibus non amplius res in eo ſtatu remaneat, meritò licet etiam Sereniſsimo Duci à conuentis recedere, præcipuè verò,cū nullo modo ſit hæres Ducis Herculis, qui illa pacta confecit,& non potuerit ipſe alterare for
37 mam priorum † conceſsionum in præiuditium illorum,qui iam comprenſi fuerant, vt per Alex. conſ. 29. vol.5.Brun.conſ.1.n. 23. Alb. conſil.382. num.20. cum ſim.

Secundum caput aggredior,in quo tractandum venit de natura huius principatus conceſſi in Vicariatum cum annexa dignitate Ducatus in poſterioribus Bullis.

Cæterùm quo diligentius omnes difficultates huius negotij diſcutiantur, libet totam hanc ſpeciem ad quatuor principales quæſtiones reducere. Quarum prima verſabitur circà naturam huius Vicariatus,oſtendendo illum non eſſe ſubijciendum regulis feudi, vel emphyteuſis Eccleſiaſticæ.

Secunda erit, An in Vicariatu prædicto ſimplicitèr conceſso potuerint venire naturales, vel alias illegitimi.

Tertia erit, An ſi conceſsiones agerent de filijs ſimpliciter, venirent illegitimi,præcipuè verò,cum toties à Summis Pontificibus illi admiſsi fuerint.

Poſterior verò,quid dicendum ſit, poſtquàm Vicariatus perpetuā naturam aſſumpſit, & illi adiunctus fuit Ducatus pro filijs legitimis, & naturalibus, vnà cū erectione primogenituræ; & an tunc venire potuiſſet Alphonſus legitimatus, & nunc Sereniſs. Cæſar eius filius legitimus, & naturalis.

CONFVTATIO. XI.

* Reſponderi etiam poteſt,&c. **Pius V. per eius Bullam contra illegitimos editam nihil fecit contra has conuentiones,*

1 *nes, quia imò Inuestitura † ipsa excludit illegitimos, & sic potius conuentiones ipsas obseruauit, quàm impugnauit. Nec agitur de alteratione primarum Inuestiturarum, in præiudicium comprehen-*
2 *sorum in illis; Tum quia † iam tempore Pauli Tertij fuerant, tàm per Iulium Secundum, quàm Leonem Decimum priuati omnes ob crimen rebellionis, per quod*
3 *deuolutum fuerat Feudum, † etiam in præiudicium aliorum quorumcunq; vocatorum in ipsis Inuestituris, Io. de Anan. in consil. 32. in 2. dub. num. 51. Gem. in c. Filius. in vlt. not. de pæn. in 6. Alex. consil. 30. nu. 4. lib. 6. Dec. consil. 444. num. 30. Boss. in tit. de bon. publi. nu. 53. Rolan. consil. 1. num. 10. & seq. lib. 3. tum*
4 *etiam, quia Cæsar † Aduersarius non est comprehensus in alijs inuestituris Sixti, & Alexandri, nec aliorum, cum illæ non excedant tertiam generationem, vt inferius dicetur.*

ALLEGATIO.

* Redeundo ad primam, * Conclu
38 dendum est, Vicariatus † dignitatem antiquissimam esse, & dudum etiam tempore, quo florebat Imperium Romanum, cognitam. Vi-
39 carij enim † constituebantur, qui loco Præfectorum Prætorio Prouintias administrabant, & tàm in partibus Orientis, quàm Occidentis, vt ex nostris I.C. tradunt Alciat. in indic. digni. ciuil. Cuiac. tit. 38. ad li. pri. C. Brisson. in lexic. in verbo Vicarij. Panciról. in comment. ad notit. Imperij Oriental. capitu. 122. & capit. 135. & rursus in notitia Imperij Oriental. capit. 48. & capitu. 57. & 65. Decian. respon. 23. num. 67. in pri.

Et hi parum quoque differebāt
40 † à Ducibus, quorum non vno in loco mentio fit in iure nostro, vt tradunt Petrin. Bell. de re milit. capit. 17. & 18. & Petr. Greg. in Sintag. iu. ciui. lib. 6. cap. 7. nume. 29. qui dicunt hæc olim fuisse nomina of-
41 fitiorum, † quæ paulatim effecta sunt nomina dignitatum: quoniam licèt istæ administrationes non essent perpetuæ; tamen adnexam habebant dignitatem, & illis depositis adhuc illa durabat.

Declinante autem Imperio Romano, hæc dignitas quoque in desuetudinem abijt, donec Imperio delato ad Germanos, & Pontificatu inualescēte, iterum Vicarij crea
42 ri cœperunt, † tàm à Summis Pontificibus, quàm ab Imperatoribus, vt de his trad. Bart. in trac. de Tirannid. nume. 34. vbi originem ho
43 rum creandorum refert ad tirannidem, † quam exercebant in varijs ciuitatibus, & locis, & Barb. inter consil. Alexandri consil. 123. nume. 28. in 4. Sed melius Bald. inde originem trahit, quod Summi Pontifices, & Imperatores mole negotiorū oppressi soliti fuerunt Vicarios, ac Duces in aliquibus locis, ac ciuitatibus insignibus creare, illosque in partem curæ, ac sollicitudinis vocare, Bald. inquam consil. 324. & consil. 353. volu. 1. & cons. 359. volu. 3. Caccialu. in l. Imperiū

n.34.ff.de iurisd. omniũ iudicum. Sic legimus Vicecomites Vicarios
44 † Mediolani constitutos, quod Bal dus insinuat in dictis consilijs, Thadæum de Pepulis Bononiæ, vt Bar. loco præcit. annotauit, Malatestas Arimini, ac Fani, vt per Comens. cons. 161. Castrens. cons. 63. in pri. Rom. cons. 59. & de Duce Sabaudiæ Iacob. de S. Georg. in sua Inuestitura feudal. in verbo Vicarius n. 5. sic & de Manfredis, Riarijs, illis à Ruuere, ac Estensibus Principibus, & alijs multis legimus apud Anchar. cons. 331. Cepol. cons. 17. in crim. aliosq; nedum Iure consultos, sed & historicos.

Cæterum ex his erectionibus
45 Vicariatuum † non infertur, vt qui hoc modo creati sunt, dicantur habere Vicariatum tit. feudi, vel emphyteotico: nam cùm, vt supra di-
46 xi, sint officia † cũ dignitate, potius dicuntur assimilari Procuratoribus, vt per Bal. in cap. cùm venissent, de insti. prout citatur ab Alex. l. quia tale. n. 8. ff. sol. matrim. & à Rui. consil. 34. num. 6. volum. 1. & per eundem Bald. cons. 328. nu. 5. volum. 1. & d. consil. 353. vbi quòd est nomen cuiusdam officij, & non
47 † realitatis dominij, Alex. Raud. in tract. de Analog. lib. 1. cap. 28. nume. 9. & 11. & cons. 27. nu. 42. vol. 1. vbi & num. 45. infert ad hunc Vicariatum.

Et hanc differẽtiam optimè perceperunt Aldobrandinus, Vgo, & Albertus, qui supplicarunt Innocentio Sexto, anno 1361. vt illis ciuitatem concederet tit. feudi, vel emphyteusis, aut saltem in Vicariatum, prout obtinuerunt se confirmari in Vicarios; animaduerterant .n. longè diuersa hæc esse; & Vicariatum esse minus, quàm feudũ, vel emphyteusim.

Nec quidquàm facit; quod Vicariatus huiusmodi ex temporali,
48 factus fuerit perpetuus, † quasi qđ hoc modo feudo, vel emphyteusi æquipararetur, quod videntur sensisse Card. & Imol. in cle. vni. de off. Vicar. Fel. in c. g. perpetuus, de fid. instrum. Comens. consil. 162. colum. 2. Dec. cons. 341. n. 11. Cum quo & Ruin. cons. 34. vol. pri. nam verius est, nec ex eo, quòd sint creati perpetui Vicarij, resultare feudũ aliquod, sed potius adhuc remanere offitium, & quod dicunt Doctores æquiparari feudatario, intelligi
49 debent, † quo ad exercendas actiones, & quoniam habent titulum, & ius in re, & mãdatum tanquàm administratores legitimi, vt explicãt etiam Doctores alleg. In Vicarijs verò temporalibus, quamuis perpetuis, de quibus agimus, non au-
50 det Comens. † asserere, quòd sint feudatarij, sed dicit, quòd saltem sunt vsufructuarij, & veluti procuratores in rem suam, & Rui. d. cons. 34. n. 6. in pri. rectius censuit, Vicariatum adhuc remanere offitium, quamuis transeat ad hæredes; quoniam hoc non contingit ex natura Vicariatus, sed ex forma concessionis, quòd & voluit Bal. ab eo nõ relatus in cap. vno de legatorum. in

fi. de

fi. de offic. de leg. vbi quòd Vica-
51 riatus † concessio non transit ad hæredes nisi ex pacto, & sequitur Pauin. tradens formam, in tract. de pote. cap. sed. vac. ad finem, quemadmodum igitur transmissio Vicariatus ad hæredes non operatur, quominùs adhuc remaneat officiũ, ità & in casu nostro vocatio omnium descendentium non efficit, quòd Vicarij efficiantur vassalli, sed solum quod perpetui ex pacto,
52 & forma concessionis, † quàmuis de sui natura officia sint personalia. Bald. in l. fi. §. sed & si quis. nu. 8. C. commun. de leg. Habent igitur Vicarij perpetui ius fortius, &
53 firmius, † quoniam reuocari non possunt, vt alij temporales. Cagno. in rub. de offi. eius, &c. num. 89. Menoch. consil. 414. num. 10. non autem dicuntur vassalli, vel emphyteutæ, sed potius officiales perpetui.

Amplius etsi Vicariatui iungatur titulus alter, veluti Marchionatus, & Ducatus: non tamen hinc elicitur, vt Marchionatus, vel Ducatus in feudum concedi censea-
54 tur; † hęc. n. omnia iure proprio haberi possunt, etiã si seruitia aliqua Domino debeãtur, Dec. cons. 269. Alcia. de præsump. reg. 2. præs. 3. num. 2. & resp. 4. num. 36. & 40. lib. 4. Menoch. d. consil. 414. num. 4. & 5. & inferius quoque addam nonnulla alia.

Hisce intelligimus, Vicariatus, nomen in substantia differre à feudo, vel emphyteusi, & ideò iura loquentia de his, non posse adaptari ad naturam Vicariatus; sed potius illum pendere in totum à forma concessionum, vt animaduerterũt
55 Fely. & Pauin. † locis præalleg. & Petrin. Bell. d. trac. de re milit. ca p. 17. nu. 7. quod & in casu nostro dicendum est. Siquidem modò ad tempus limitatũ, modò ad vitam, aliquando pro filijs, aliquando ad tertiam generationem Vicarij constituti fuerunt, & tandem in perpetuum, atq; addita dignitas Ducatus; sed non ideò immutata fuit natura, & substantia officij.

Ex his autem non potest aliquo modo inferri, quòd concessiones sonent in feudum, vel emphyteusim, & ideò Bald. d. cons. 353. in pri. quærens quomodo Papa posset Dominos de Malatestis insigniores reddere, conferendo illis aliquam ciuitatem, rectè inquit, quòd titu-
56 lus † emphyteusis non est dignitas, sed quædam conductio, & mercenarium commertium, quod non nobilitat: Vicariatus autem est officium quoddam subalternum; & ideò, vt ipse inquit, deueniendum est ad feudum, quod sui natura nobilitat, & subiectum suum illustrat; Quarè nec Commens. nec Dec.
57 † satis assecuti videtur naturam huius officij; quamuis quo ad regalium translationem rectè responderit ipse Commens. ex vi, ac efficacia verborum, prout etiam in eodem casu consuluit Castrens. consil. 63. in pri. vt asserit Soci. iun. cõsil. 180. nume. 40. volum. 3. sicut

enim

enim dixi, Vicariatum metimur ex verbis concesſionis.

Neque ad inducẽdum feudum vis eſt facienda, quòd iſti Vicarij legantur præſtitiſſe aliquando iu-
58 ramentum fidelitatis, † quoniam non inconuenit illos id præſtare, vt per Pauin. loco præcit. & ſequitur Io. de ſel. in tract. de iureiur. ſecund. par. q. pri. nu. 14. nam iura-
59 menti † præſtatio eſt ſignum accidentale, quod non infert ad feudum. Oldrad. conſ. 159. num. 6. quoniam ſicut Ipſe dicit, nec annuli geſtatio probat matrimonium, ſubijcitq́ue, quod nec ſeruitia, nec
60 reſeruatio cognitionis dominij † probant concesſionem feudalem: ſequitur Rui. conſ. 36. num. 8. vol. pri. Nam iuramentum præſtatur, & à vaſſallo ratione feudi, & ab alijs ciuibus, & ſubditis, Bald. conſ. 327. num. 7. vol. pri. Bero. conſ. 65. nu. 81. in pri Cœphal. conſil. 177. nu. 35. & conſil. 205. num. 11. & ab officialibus, & ſimilibus exigitur iu-
61 ramentum, † quod aſſecurationis vocant, vt per Iacob. de S. Georg. in ſua inueſtitura feudal. in verbo, qui quidem inueſtiti. nu. 1. Thom. Marin. de feud. cum fidel. tit. 15. num. 6. Menoch. conſil. 191. num. 31. & in tract. de Præſump. lib. 3. præſ. 91. n. 36. verſ. cęterũ. Et hùc pertinent iuramẽta fidelitatis pręſtita ab iſtis Vicarijs per procuratores ſuos.

Sed nec ſolutio annua cenſus,
62 † aut aliæ præſtationes ſeruitiorum indicant hoc fuiſſe feudum, Alex. conſ. 136. in pri Afflic. qui ita iudicatum refert, deciſ. 129. num. 3. Menoch. d. præſump. num. 14. & potius Summi Pontifices in plurimis Bullis hãc præſtationem ſoliti ſunt appellare cẽſum, & prout etiam iure
63 cõmuni præſumitur præſtari † magis ex cauſa cenſus, quàm alterius tit. feudalis, vel emphyteotici. Natt. conſ. 3. nu. 3. Burſat. conſ. 26. nu. 24.

Idem quoque dicendum eſt de translatione Regalium; nam quamuis legamus in iſtis Bullis conceſſam fuiſſe iuriſdictionem, merum, & mixtum Imperium, datia, telonea, ac pedagia; cùm tamen hæc omnia etiam iure alio, quàm feudi haberi poſſint, vt ſup. ex Dec. Alcia. & alijs oſtendi, non erit horum translatio ſufficiens ad docendum titulum feudi, qui nullibi apparet; nec id mirum; cùm & priuatis ho-
64 minibus ſæpiſsimè datia, † iuriſdictiones, & cætera Regalia concedantur, vt poſt Afflict. trad. Soc. iun. conſil. 180. num. 52. vol. 3. Et non fuiſſe hunc Vicariatum pro feudo habitum, à Pontificibus, nec à Ducibus, ſatis conſtat, quia poſt inueſtituram Pauli III. nulla eſt facta renouatio, vt in feudis exigitur.

Minus vrgebunt, quæ ſub c. 8. habentur, quòd Dux, & ſucceſſores in caſibus, in quibus Duces vaſſalli ex forma iuris incidunt in cõmiſſum, cadere cenſeantur, & cadant; quaſi quòd ex his verbis reſultare videatur, quòd Ducatus in feudũ fuerit cõceſſus; nam multis modis tollitur hoc genus argumenti.

Primò, retorquendo, quoniam ſi vo-

si voluissent contrahentes Vicariatum, vel Ducatum ex his verbis effici feudum, iam contrariarentur alijs capitulis, quæ in effectu relationem habent ad alias concessiones, quæ minimè in feudum sonāt, quinimò ex quo pro comperto habuerunt, non resultare aliquod feudū, idcircò pacti fuerunt eo modo.

Secundo, pactum hoc, quòd incidant in commissum, in casibus, quibus alij Duces vassalli, inducit potius similitudinem, & æquiparationem, quæ denotet diuersitatem in substantia, quoniam nullum si-
65 mile est idem, † l. mercis appell. de verb. sig. & vt dicit glo. in l. quòd Nerua. ff. depositi Crau. cons. 778. nu. 13. nihil est idem, cui id ipsum simile est, hincq; duorū, aut pluriū æquiparatio non hoc efficit, vt idē censeantur, sed potius diuersa remanent in substātia, quāuis in qualitatibus extrinsecis cōueniant, Doct. in l. 1. de leg. pri. vbi Bolognet.
66 nouiss. n. 25. † remanet itaq; adhuc Ducatus, & Vicariatus, & nō efficitur feudū; sed tamen illi Duces, vel Vicarij incidūt in cōmissum ex causis illis, ob quas vassalli inciderent.

Tertio, si qua alteratio resultaret ex his verbis, certè esset circa acci-
67 dentalia, † non aūt substantiā Vicariatus, & propterea nō efficeret, vt eo minus remaneret Vicariatus per ea, quæ supra dixi nu. 97. & qui solū in hac qualitate alteratus, in cęteris retinet naturā suā, Crau. cons. 984. n. 58. & cōs. seq. n. 40. cū simil.

Hactenus de prima quæstione, in qua de natura, & proprietate horum Vicariatuū tractauimus: nunc de secunda quæstione agendū; An scilicet, illegitimi ad hoc genus officij admitti potuerint, In qua dicēdū est, illegitimos quoq; capaces esse.

CONFVTATIO. XII.

* Redeundo ad primam, &c. * *Quòd sit Vicariatus, & officiū, hoc facit contra Cæsarem, quia ergo poterit, quādocunq;*
1 *ad libitum Papæ † cōstituentis reuocari, Bal. cons. 328. nu. 2. lib. 2. & in l. solēt. §. 1. ff. de offi. procons. Abb. in c. licet ex suscepto sub num. 2. vers. ex hoc infertur. de for. cōpet. Petrin. Bell. in tracta. de re milit. lib. 1. tit. 17. nu. 5. assimilatur enim*
2 *tunc magis procuratori, † quàm feudatario. Bal. d. cōs. 328. nu. 5. per l. ex facto. ff. de neg. gest. & Franc. in c. licet, col. penul. vers. vltimò limita de offi. Vicar. in 6. &*
3 *de sui natura nō est transitoriū † ad hæredes; idem Bal. in c. cum venissent. nu. 5. de iudi. Alex. in l. qui tale, nu. 8. sol. matri. Ruy. consil. 34. num. 5. lib. 1. Menoch. consil. 414. nu. 3. Quod procedit, quam-*
4 *uis fuerit in perpetuum † concessus, siue creatus; quia adhuc poterit reuocari. Bal. d. consil. 328. num. 2. Petrin. Bell. d. cap. 17. nu. 10. sicuti dicitur, de procuratore perpetuò, vel quem non reuocare, sub pœ-*
5 *na, vel cum iuramento † promissum fuit; quia adhuc reuocari poterit, quamuis in periurium incidatur. Ant. de Butr. in c. pen. de offi. Vicar. Alex. consil. 18. col. fin. vers. bene facit, lib. 2. Feli. in c. ex parte Decani. in ampli. 5. de rescript. Curt. sen. consil. 69. num. 16. in fi. ibi 3. moueor. Boer. decis. 347. num. 1. & de Officiali*
6 *cōstituto ad beneplacitum, † qui perpetuus*

iudi-

*iudicatur. Bar in l de pupillo. §. si prin-
cipi, num. 12. Ias. nu. 5. ad fi. de no. oper.
nunci. idem Ias. in l. Stichum, aut Pam-
philum. §. stipulatio. nu. 6. de verb. oblig.
Aluar. in c. 1. de Feud. guard. Sarn. in
reg. de non toll. q. 4. versic. hinc est, quòd
7 officialis, & tamen potest † quandocunq;
reuocari, Gemi. in c. si gratiosè, in ver. ex-
pirat, de rescript. in 6. Bal. in d. c. 1. de
Feud. guard. Specul. in tit. de locat. §.
nunc aliqua, versic. & Io. Cald. Franc.
Marc. decis. 796. num. 2. ad fin. par. 1.*

*Et licet Iacob. de Sancto Georg. in sua
Inuestitura in verb. Vicarius, nu. 5. di-
xerit, Vicariũ perpetuum à domino Feu-
8 di reuocari nõ posse; tamen, vel malè † &
contra Bal. & alios, vbi supra, loquutus
fuit, vel intelligendus eo modo, quo loqui-
tur, idest quòd ab illo, qui eum constituit
non possit reuocari, dum viuit; secus au-
9 tem à successore, † quod etiam sentiũt Re-
staur. Castal. in tracta. de Imper. q. 115.
num. 5. Franc. Marc. d. decis. 796. nu. 1.
Mel. Palat. in tract. de maior. par. 4. q.
10. num. 4. qui dicunt, quòd per mortem
Imperatoris, & Regis expirat Vicaria-
tus ab eo constitutus & Afflict. in con-
stit. Reg. lib. 1. rubr. 47. versic. & si con-
cessio pro hæredibus. vbi inquit, quòd of-
ficium concessum per Regem pro se, &
hæredibus, si cõtinet aliquid etiam de re-
10 galibus † potest per successorem reuocari,
post Bal. in c. 1. §. amplius, nu. 2. de pac.
constan. Feli. in c. 1. sub num. 5. versic. 4.
declara. de probat.*

*Sed verius est, quòd cum iste Vica-
riatus fuerit concessus sub forma Inue-
stituræ, & cum iuramento fidelitatis, &
præstatione Seruitiorum, ac ad vnam, vel
duas vitas; potius Feudo assimilandus,
11 & illius regulis regulandus, † vt in Ci-
uitate Ferrariæ in specie id scribit Alua-
rot. in c. 1. §. fin. sub num. 4. vers. alijs
autem, vt Andr. de Iser. in tit. de alien.
feud. & tenent etiam Rapha. Cuman.
consil. 162. sub nu. 3. vers. nec enim. Ruy.
d. consil. 34. nu. 5. & 6. vol. 1. Dec. cons.
341. sub nu. 11. vers. & in simili casu,
& dicũtur Vicarij huiusmodi habere ius
12 in re † ad instar aliorum feudatariorum.
Franc. Marc. decis. 618. nu. 6. 7. & 13.
Restaur. Castal. de Impera. q. 67. nu. 2.
Et de istis Vicariatibus, quorũ forma ha
bet Inuestituram, & iuramentũ fidelita-
13 tis, † loquuntur Io. Franc. Pauin. de offi.
& potest. Cap. sed. vacan. ad fin. Io. de
Silu. de Iureiur. par. 2. q. 1. num. 14.*

*Verius etiam est, quòd istud officium
Vicariatus cessare incæpit, quando Ale-
xander VI. erexit ipsam Ciuitatem in
14 Ducatum; † ad instar Prouinciarũ qua-
rumcunq;, & aliarum dignitatum du-
cali dignitate fulgentium, cum plena in-
15 uestitura vtilis dominij, † Aluar. in d.
§. fin. sub nu. 4. vers. sed interdum da-
tur. & quia tunc dignitas personalis,
quæ cum persona extinguebatur, vt Vi-
cariatus, & Ducalis dignitas collata
per Sixtum Quartum fuit effecta realis,
per Alexandrum VI. ita vt ab ipsa,
quæ à persona nobilitatẽ accipiebat, per-
sonæ nobilitatem conferre cæperit, cum
16 hoc sit priuilegium Feudorũ † nobilium,
Bal. in tit. quis dicatur Dux, vel Mar-
chio, Guid. Pap. decis. 386. Isern. in c. 1.
in d. tit. quis dic. Dux, Et ob id postea
Paulus Tertius, quando restituit Her-
culem, & descendentes, non restituit am
plius, tamquàm ad Vicariatum, sed tam
quàm ad Ducatum; non enim poterat es-
se*

21 *se Vicarius,† & dominus vtilis dominij, Jo.Franc. Pauin.in tract.de offi. & potest. Cap.sed.vac.par.2.q.10.num.21. assumpsit enim (ciuitas diuersam omnino naturam ab ipso Vicariatu, cum in dignitatem Ducatus ob id transfusa fue*
22 *rit, † Bal. consil.353.sub nu.1.versic. Idem Vicarius est nomen cuiusdam officij, lib.1. Nam Ducatus non est officium,*
23 *† sed propriè dignitas, vt habetur in tit. de feud. March. & in tit. quis dicatur Dux. in vsib.feud. & per Petrin.Bell. in d.tracta. de re milit.lib.1.tit.18. &*
24 *est superior Vicariatu, † idem Bald. d. consil.328.sub num.1.vers.in contrarium. lib.1.vt ob id illum absorbeat, & extinguat. c.solite, vbi not. Innoc. de maior. & obed.Ias.in l.Imperator,nu.3. vers.2. principaliter.de Iurisd.omn.Iud. Restaur. Castal. de Imper. q.42. nu.4. & generale est, quòd magis dignum*
25 *† trahat ad se minus dignũ,glo.in c.quod in dubijs, de consecr. Eccles. Bal. in l.2. in 1.not. C. com. deleg. sicuti dicitur de*
26 *Pedina effecta Regina,† quæ amplius Pedina non est,vt not.in l.Senatores, vbi Bar. num.3.de Senat. Brun.in tract.de augu. & diminut. conclus.3.pri. num.9.*
27 *Et vbi noua fit Feudi collatio, † & primæ Inuestituræ forma mutatur, nouum inducitur Feudũ,& aboletur antiquum, Bal.in c.1.§.insuper in fi.de prohib.alien. per Feder.Oldr.cons.178.Cæpol.cons.31. col.3.Ias.in l.si mihi,& Titio, col.pen.de verb.oblig. Aym. de antiq. temp. par.5. nu.23.Afflict.decis.212.& 248.nu.8.*

ALLEGATIO.

* Etenim in hac * in re agitur de dignitate sæculari,ac profana,non au-
68 tem spirituali,aut Ecclesiastica; † & sic illegitimi dicuntur capaces saltem deficientibus legitimis.l.generaliter.§.1.l. spurij.ff.de decurio.quę leges agunt de spurijs,& ità à fortiori idem probant in naturalibus,quo fit, vt in materia profana naturales non excludantur,vt tradunt,post gl. ibi, Io. And.& Ioan. Mona.in cap. 2.de fil.presbyt.in 6.Alcia. resp. 34. nu.6.volum. pri. Palæot.in tract.de not.& spur.cap.58.num.45.

CONFVTATIO. XIII.

* Etenim in hac,&c. * *Hæc illatio non est bona; Nam & si esset Vicariatus sim-*
1 *plex,adhuc tamen illegitimus † in eo non admitteretur, Ruy. d.consil.34.sub nume.11. vers. & idem in quantum dicũt. lib.1.quia dicitur Vicarius Ecclesiæ*
2 *Romanæ, † Fely.in c.postulasti, post prin. vers. & adde,quòd etiam vocantur Vicarij Ecclesiæ.de rescript. post Rom.consil.*
3 *59.nu.2.vbi sub nu.4. subdit, † quòd illius personam repræsentat, & dicitur imago ipsius; Ideo illegitimus non est capax istius Vicariatus; Tum quia prouenit ab Ecclesia,& dispositio est facta per*
4 *personam Ecclesiasticã, † quæ nunquàm comprehendit naturales, nisi de illis expressam mentionem faciat, Gemi. in c.statutum in fi. prin. de hæret.in 6. Dec.in c. in præsentia, sub nu.47. vers.2. nedum in emphyteusi. de probat. Rip. in l.ex facto.§.si quis rogatus,nu.65.ad Trebell. Alex. consil.128.sub num.7. vers. bene faciunt.lib.1. Tùm etiam, quia est dispo-*

5 *ſitio facta ſuper bonis ipſius Eccleſiæ:† in quibus naturales ſunt ipſo iure incapaces, ſecundum communem ſententiam Doctorum, Bar. in d. §. ſi quis rogatus, num. 8. in fi. Alex. ſub num. 17. verſ. ſubdens tamen. Rip. nume. 62. vbi teſtatur de communi, Abb. in d. c. in præſentia, nume. 25. Imol. num. 13. Dec. ſub num. 47. Bero. nu. 330. Pariſ. nu. 86. vbi etiam de communi, de probation. Alex. conſil. 60. num. 4. lib. 2. Ruy. conſil. 164 nu. 1. lib. 1. Clar. in §. emphyteuſis. q. 30. Alciat. conſil. 39. nume. 2. lib. 1.*

ALLEGATIO.

69 * Et † quòd ſpurij * ſint capaces dignitatum in defectum legitimorum ſcribunt Dec. conſ. 271. num. 12. Alb. conſil. 764 num. 27. vbi citat. Alexan. conſ. 80. vol. 2. & Laudenſ. in tract. de official. domino. q. 170. Decian. reſpon. 1. nu. 162. vol.
70 3. † naturales enim odioſi ſunt Eccleſiæ, quia veretur ne ſint imitatores paternæ incontinentiæ, & ob id illos arcere ſolet à Sacerdotijs, & ſpiritualibus, ſicut etiam iure veteris teſtamẽti illegitimi cum eorum prole
71 vſque† ad tertiam generationem arcebantur à miniſterio altaris, Deuteronom. c. 20. Palæot. d. trac. cap. 31. nu. 3. & 4. Et ideò ſi propria vitia illegitimos non reddãt indignos, ſed proprijs virtutib. clareant, nedum ad
72 dignitates Eccleſiaſticas, † ſed & ad Summi Apoſtolatus apicẽ plerumque promouentur. cap. 1. c. Oſius, c. numquam. 56. diſt. vbi plures enumerantur Pontifices ex incæſtuoſo coitu nati, & ſubijcitur etiam Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum ex adulterino ſemine naſci voluiſſe. ſic etiam videmus illegitimos capaces eſſe iuris patronatus, quàmuis illud
73 ſit † ſpiritualitati annexum, vt poſt Bald. & alios, latè trad. Roc. de Curt. in tract. de iure patron. in verbo, cõpetens. nu. 9. vbi citat. Anchar. & Butr. qui idem voluerunt in filijs legitimis procreatis ex matre illegitima, hũc, conſ. 29. illum verò, conſ. 355. quamuis a Roc. citetur corruptè ſub num. 358.

Quòd ſi obijceretur illegitimos eiuſmodi venire ad hæc omnia ex diſpenſatione præuia, quo caſu non debet id trahi ad conſequentiam; in promptu adeſt vna, atque altera reſponſio.

CONFVTATIO. XIIII.

* Et quòd ſpurij, &c. * *Loquuntur citata ex aduerſo in caſibus, vbi interuenit diſpenſatio, vel virtute Statuti habilitantis ſpurios in defectum legitimorum, vel virtute priuilegij Principis; cum aliàs naturales, & ſpurij ſint inca-*
1 *paces dignitatum, tàm de Iure † ciuili, l. honor. §. ſi de honoribus. ff. de muner. & honor. Bal. in d. l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. Dec. conſil. 602. colum. fin. Afflict. ſuper conſtit. Sicil. incip. proſequentes. in 8. not. Curt. ſen. in l. admonendi. col. 27. verſ. 22. de Iureiur. cũm multis alijs citatis, per Tiraq. de no-*

de nobilit.cap.15. num.14. vbi de communi testatur, Palæott.de noth. & spur. cap.56. nu.8. Gig. de pens. q.16. nu.4.
2 *quàm etiam de Iure canonico,† non præcedente legitima dispensatione, c.fin. vbi not. de fil. presb. & in c.1. eod.tit. & in c.innotuit.de elect. Feli. in c.veniens. colum.1. de accus. Mars.sing.193. Paleott. d.tract. cap.57. Corbul.de emphy. tit. de cau.priuat. ob lineam finit. num.54.*

ALLEGATIO.

* Prima, quòd hæc dispensatio * est debita, nec ab Ecclesia iustè negari potest, quia propter virtutes filij naturalis remouetur suspitio in conti-
74 nentiæ paternæ, † vt per gloss. in c. Dominus noster. in verbo Sacerdotio.dist.56.& Abb.in c.nisi.num.16. vers. quæro, an talis.de renunciatio.

Secunda, quòd talis dispẽsatio requiritur in dignitatibus Ecclesiasticis; sed secus in profanis, quarum na-
75 turales, † & quicunq; illegitimi sunt capaces, Archid. in c.presbyterorum filios.col.2. dist.56. vbi idem tradunt præpos. & Gemin.

Et ex his apparet illegitimos non posse dici incapaces dignitatum, ac offitiorum, etiam de iure canonico; cùm illius prohibitio tendat ad spiritualia, nõ autem ad profana, ideóque illegitimi, si aliud nõ sit dictum, comprehendi videntur in Vicariatu sui natura.

CONFVTATIO. XV.

* Prima, q̃ hæc dispensatio, &c. * *Dispensatio huiusmodi non potest, nec debet concedi; Tùm quia Alphonsus, qui esset dispensandus, iam mortuus reperitur, &*
1 *cum mortuis non dispensatur † ad bona temporalia, quæ in ipsis non cadunt, Dec. & Cagno.in l.Neratius. de reg.iur. Bal. consil.200. num.5. lib.5. latè Marsil.in l.qui sine accusatoribus, num.22. vsque ad 42. ff.de quæst. Tùm etiam, quia sicut hodie de nouo non posset fieri aliena-*
2 *tio † Feudi propter Cõstitutionẽ Pij V.*
3 *sic nec etiam fieri dispensatio † cum illegitimo, Soci.iun.consil.95.num.39. lib.3. Mari.Frez.in tracta. de Feud. in tit. de aucto.& potest. Baro.erg.subinfeudat. in auth.31. nu.2. Menoch. consil.181. nu. 40. lib.2. & cons.202. nu.65. lib.3. quia*
4 *legitimatio est species alienationis, † Ruy. cons.36. sub nu.16. vers. & hac ratione. lib.1. Paris.cons.9. nu.48. & consil.12. nu.150. lib.2. Hier.Gabr.cons.30. num. 12. Tùm & 3. quia in omnem euentum*
5 *Ecclesia, si non vult, non cogitur † dispensare, Gemin.in c.licèt canon. §.fin.in prin. vers.nota quòd dispensatio est gratia. de elect. in 6. Feli.in c.at si clerici. §.de adulterijs, sub num.15. de iudi.*

ALLEGATIO.

* Succedit nunc * tertia quæst. An si Vicariatus pro filijs simpliciter concessus fuisset, illegitimi essent comprehensi; quod est quærere, An in dispositione hominis appellatione filiorum veniant naturales; in qua concludendum est, quòd appellatio filiorum simpliciter conuenit etiam
76 naturalibus, † vt tradunt Doctores

magis communiter in l. ex facto.§.si quis rogatus. vbi Rip. post alios nu. 58. ad Trebel. qui de communi etiã in emphyteusi, & in contractibus attestatur. Clar.§.emphyteusis.q.30.Pereg. de fideicomm. art.22. num.80. vbi alios adducit.

Quæ conclusio adhuc confirmatur ex eo, quod scribunt Imol. d.§. si quis rogatus, Ruin.cons. 49.num.5. in pri.& cons. 120.num.12.eod. volu. Pancir.cons. 169. num.9. Pereg. vbi sup.& iterum art.28.n.quod ille-
77 gitimi † veniunt appellatione filiorum, quoties dispositio fit in aliquẽ futurum euentum incertum, saltem non extantibus legitimis: quoniam in concursu illorum non admitterentur, & agit Pancir. de primogenitura, ad quam concludit admitti
78 naturales, † & multo magis legitimatos, vt & de primogenitura agit quoque Decian. d. resp.pri. nu.168. vol. 3.

Amplius nedùm in dispositione emphyteusis, fideicommissi, aut primogenituræ, sed & quod magis est,
79 in † successione Regni admittendos esse illegitimos in defectum legitimorũ; & ideò Don Antonium successurum fuisse de iure in Regno Lusitaniæ, nisi ad fuisset Rex Phylippus legitimus, trad. Alex. Raud. post Costam, & Amed. de Pont. ac alios, qui pro Rege Phylippo responderunt, cons.pri.nu.143.& cons.2. nu. 133.volum. pri.

Sola superest difficultas, quæ in hac materia solet considerari, quòd scilicèt in dispositione Ecclesiæ i.ũ-
80 quàm veniant naturales, † quinimò nec legitimati, idq; nõ solùm in feudo, & emphyteusi, sed nec in alijs concessionibus, vt per Ang. cõs.30. & cõs.366. Dom.c.statutum.il 2.§.fi. de hæret. in 6. Tiraq. de Nobil. cap. 15.n.27. Rot. Rom. vbi alios adducit decis.703. in fi. primæ par. sed ex infrascriptis puto responderi posse.

CONFVTATIO. XVI.

* Succedit nunc, &c. * *Filius natura-*
1 *lis † non dicitur filius, l. filiũ definimus. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Rip. in l. ex facto. § si quis rogatus. num. 58. & ibi Alex. nu. 15. Ang. cons. 366. nu. 3. Bero. cons. 74. num. 17. vol. 1. & in proprijs terminis Vicariatus Ecclesiæ Ro-*
2 *manæ † scripsit Ruy. d. consil. 34. sub nume. 11. vers. nec de Iure communi. lib. 1. quia in materia feudali, in qua naturales prorsus excludũtur, appellatione filio-*
3 *rum † non comprehenduntur, c. 1. § naturalis. & ibi Aluaro. num. 2. vbi dat rationem, quia naturalis est cognatus, & feuda non deuoluuntur nisi ad agnatos,*
4 *† in tit. si de feud. fuer. contr. inter dom. & agna. vassal. glo. in c. 1. in glo. 2. circa fin. de natu. succeß. Feud. Bar. in d. § si quis rogatus. nu. 9. ad Trebell. Bal. in l. generaliter. § cùm autem. sub num. 2. C. de instit. & substit. Clar. in § Feudum. q.*
5 *82. Imò nec legitimati ad feudum † admittuntur, d. § naturales. glo. in d. c. 1. in glo. 2. Bar. in d. § si quis rogatus. nume. 5. Alex. nu. 18. Bal. in d. § cum autem. sub nu. 2. Oldr. cons. 247. nu. 4. Alex. cons. 60. post prin. lib. 2. & cons. 94. nu. 5. lib.*

lib.1. Clar. d.q.82. & tanto minus ad-
6 *mittuntur in Feudo † Ecclesiæ, Bal. in d. §.cum autem. sub num.2. Feli. in d.c. in præsentia. sub nu.24. Dec. sub num 47. vers. & ista conclusio. de prob. Rip. in d. §.si quis rogatus. nu.63. Alex. cons.94. num.5. lib.1. & cons.128. num.7. eo lib. Nam Iura Feudorum etiam in Feudo*
7 *Ecclesiæ † sunt custodienda, Bal. in c. cæterum. in 1. not. de iudic. Alex. cons.18. nu.4. lib.1. Clar. in §.Feudū q.3. Franc. Becc. cons.101. num.15. & 32. lib.1.*

Prout cessat hoc obiectum, attentis vltimis Inuestituris, in quibus Cæsar
8 *prætēdit se comprehensum; Nā † Sixtus IIII. Alexander VI. & Paulus III. illas omnes restringunt ad filios legitimos, & naturales tantum; quæ qualitas*
9 *† excludit illos, qui sunt naturales tantùm, vel spurij, l. fin. ff. de iur. delib. Rip. in d. §. si quis rogatus. nu.30. Illustrissimus Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.11. tit.9. num.1.*

ALLEGATIO.

* Et primò, quòd quidquid sit * regulariter, tamen dubitandum non est, quin nedùm officium Vicariatus, de quo nunc agimus, sed & emphyteusis, vel feudum possint ex te-
81 nore inuestiturarum in illegitimos † trāsferri, & nedum si expressè, sed & si tacitè ex verbis, vel ex mente hoc deprehendatur. Bald. l. eam quam, n.39. C. de fideicom. Becc. laiè cons. 18. num. 11. & seq. qui licèt distinguat inter acquisitionem factam à spurio, & successionem, vt primo ca su possit à principio acquirere, non autem succedere ex cons. Bal. 207. in 3. ramen si verba non excludunt illegitimos, sed possunt illos comprehendere, veniunt quoq; illegiti-
82 mi ad successionem feudalem, † & multò magis legitimati: & ita in facto determinatum fuisse apud Senatum Mediolanensem, refert Raudens. in tract. de Analog. c.35. per totum, vbi cum Rex Phylippus dedisset facultatem vassallo nominandi in successione feudi quemque subditum ipsi Regi Catholico, resolutum fuit nominationem factam de filio legitimato subsistere, sic & Ecclesiam cōtrahere cum illegitimis,
83 † & dispositiones in illos conferre, modo probi sint, scribit Dec. cap. in præsentia. n. mihi 143. de probatio. Rot. decis.474. nu.6. par. pri. & iura Canonica, quæ videntur obstare naturalibus, militant, vel respectu vi-
84 tiorum, † quibus illi aspersi essent, vel in foro animæ, vt per Thesaur. decis. Pedem.126. num.5. & hùc spectant concessiones Vicariatuum, quæ toties initium habuerunt in naturalibus, & illegitimis, necnon & cōfirmationes, ac prorogationes in personis eorumdem, vt apparet ex concessione anni 1396. vbi Vicariatus prorogatur in Albertum, & eius filios legitimè ex suo corpore descēdentes, & si ipsi decesserint ad vitam Nicolai eius filij naturalis; Ex hac enim Bulla intelligimus illegitimos in defectum legitimorum admitti: Et quod magis est, anno 1414. nedum filij naturales tantum Nico-

lai,

lai, sed etiam quemuis defectum patientes deputantur Vicarij adeò, vt & spurij, & adulterini comprehendi censeantur, sicut & alijs in Bullis non vno in loco inuitati fuerunt illegitimi: Dùm itaq; Summi Pontifices plerumque legitimatos, vel naturales inuitarunt in defectum legitimorum, videntur innixi conclusioni superius factæ, quòd appellatio filiorum per prius ad legitimos, & in eorum defectum per posterius ad naturales pertineat, voluisseq; se confirmare iuri communi. Sic & Bart. censuit In l. hæredibus. §.fi. ad treb. vt si statutum vocet naturales ad suc
85 cessionem, † sine dubio naturalis excludat substitutum; quoniam testator videtur se conformare statuto, sequuntur Doctores, d.l. ex facto. §. si quis rogatus. Dec. d. cap. in præsentia. nu. 123. & alij, quos omitto.

Respondeo, & secũdò rationem cur feudum, vel emphyteusis, aut alia dispositio Ecclesiæ non comprehendat illegitimos, illam adduci, quòd non præsumatur Ecclesiam cogitare de illis, tùm ob dignitatẽ, ac excellẽtiam illius, tum quia eiusmodi personas abhorruisse videtur, vt per omnes d.§. si quis rogatus; & d. c. in præsentia, & cap. 1. §. naturales, si feud. fue. content. at quoties cõstat concedentem feudum, vel aliter disponentem non abhorruisse personas huiusmodi siue ex tacitis, siuè expressis coniecturis hoc colligi pos
86 sit, † tunc illi non excluduntur, vt per Angel. d. cons. 366. in fin. Bal. c. quæ in Ecclesiarum. nu. 43. de constitutio. vbi ex concessione facta pro filijs illegitimis arbitratur nedum primos illos venire, sed & posteriores, non alia ratione, quàm quia Ecclesia non videtur abhorruisse illos, & Bald. plures sequuti sunt, quem etiam à morsibus Ias. defendit Palæot. d. tract. cap. 31. num. 4. quòd si Bal. ex vnica mentione naturalium vult id inferri, vt in futurum deinceps alij veniant, quid hic dicemus vbi toties naturales, & alij illegitimi vocantur? Cumque Senatus Mediolanen. ex concessione illa æquiuoca, qua Rex Philippus vsus fuerant nominandi quemcunque subiectum, decidit, vt liceret nominare filium legitimatum, nosq; non habeamus voces æquiuocas, sed proprias, ac peculiares naturalium, & illegitimorũ; profectò audacter, & sine dubio hoc erit affirmandum, & quòd prohibitio dicti cap. naturales. non procedat, vbi in contrarium apparet de mente concedentis nedum in acquisitionẽ, sed & in successione scribit
87 Cœph. consil. † 152. nu. 46. & rursus consil. 608. num. 26.

CONFVTATIO. XVII.

* Et primò, quòd quidquid sit, &c. * *Mens ista Ecclesiæ ex prioribus Inuestituris, quæ aliquãdo naturales admittunt, non*
1 *potest colligi; Tùm quia illa † expirauerant per mortem eorum, quibus fuerat*
2 *concessum; & tempore † Sixti, Alexandri, & Pauli erat etiam deuolutum per*
3 *priuationem, & ideò illæ antiquæ † non amplius*

amplius sunt in consideratione, vt post Afflict. decis. 282. num. 10. Brun. cons. 82. in fi. deducit Menoch. cons. 434. nu. 7. qui etiam nu. 18. subdit, quòd illud, quod dicitur, primam Inuestituram esse attendendam, ad declarationem secundæ, pro-
4 *cedit, quando illa prima † est facta vni agnationi, & illi de agnatione eam renouant; Secus verò, quando est facta certis personis, quæ sunt iam mortuæ, vel priuatæ; quia tunc respectu ipsarum dicitur noua Inuestitura, quæ mutari & alterari potest, quod etiam scripsit post addit. ad Bar. in l. si mihi, & Titio. in ver. Ius accrescendi. de verb. oblig. Corbul. in tracta. de emphyt. in tit. de caus. priua. ob lin. finit. nu. 102. & ita etiam dixit Rot. per Caputaq. decis. 17. par. 2. in impress.*

Secundò quia non potest dici, quòd istæ Inuestituræ, quæ admittebant naturales, essent primæ, quæ tamquàm radix omnium aliarum Inuestiturarum essent
5 *attendendæ; Nàm prima fuit † illa Ioannis XXII. quæ naturales non admittit;*
6 *Ideò istæ mediæ † non debent attendi, nec deseruiunt ad interpretationem sequentium, Affli. decis. 195. nu. 5. Cephal. cons. 364. num. 16. & seq. lib. 3.*

Tertiò, quia in omnem euentum, istæ
7 *priores † fuerunt in hoc expressè innouatæ, & alteratæ per Inuestituras Sixti, Alexandri. & Pauli Tertij; quæ expressè se restringunt ad legitimos, & natu-*
8 *rales; nam de potestate † eas alterandi, postquàm feudum fuit apertum, & ad*
9 *Ecclesiam reuersum, non est dubitãdum, Affli. Brun. & alij. vbi supra, etiam si adhuc viueret † vltimus inuestitus, Caputaq. d. decis. 17. par. 2. præsertim in Pa-*
10 *pa, † vel alio supremo Principe, Curt. iun. consil. 1. sub nu. 32. Cephal. cons. 369.*
11 *nu. 19. & accedente consensu † ipsorum inuestitorum, & post Paul. de Castr. cons. 170. col. fin. lib. 1. Silue. Aldob. consil. 42. nu. 82. in fi. & post Dec. cons. 185. nu. 3. Vers. non obstat. Menoch. consil. 443. nu. 52. & præcipuè etiam, quia tempore Sixti, & Alexandri iste Alphonsus na-*
12 *turalis nondum erat natus, † neq; conceptus, Cephal. cons. 12. num. 17. De voluntate etiam Sixti, Alexandri, & Pauli, quòd voluerint alterare præcedentes, excludendo naturales, satis constat ex eo, quòd se restrinxerunt ad legitimos &*
13 *naturales, quæ qualitas † excludit naturales tantùm d. l. fin. de Iur. delib. cum supra citatis; Nam vbi secunda Inuesti-*
14 *tura se restringit † ad certas personas, aliàs exclusisse cẽsetur, Socin. iun. cons. 71. num. 3. & seq. lib. 1. Cephal. consil. 725. nu. 17. Vnde cùm habeamus verba cla-*
15 *ra, † non est dubitandum de mente, l. cum aliter. de leg. 3. quia, vt inquit Bal. cons. 174. in fi. lib. 2. vbi verba sunt cla-*
16 *ra, ibi cessant cauillationes † Aduocatorum, sequitur Aym. consil. 4. num. 21.*

ALLEGATIO.

* Et adeò satis est * aliquo modo cõstare de mente concedentis, vt sufficiat sola scientia, quòd extent illegitimi, quamuis verba non exprimerentur, vt si habenti filios natura
88 les cõcedatur feudum pro se, & † filijs natis, & nascituris, Curt. iun. de feud. 3. par. nu. 41. vers. limita hãc primam regulã, Alb. cons. 373. nu. 14.

Respondetur tertiò ex tot illegitimorum admissionibus in hoc Vicariatu

cariatu inductam esse consuetudinem, & obseruantiam illos admittendi,& remotum fuisse prorsus obstaculum, quòd Ecclesia illos abhorreat; sic & testator nobilis,qui naturalium meminit in dispositione, nō
89 videtur illos abhorrere, † quinimò voluisse, vt excluderēt substitutum, Doct. d. §. si quis rogatus, vbi Rip. post alios nu. 17. Mantic. de coniec. vlt.volum.lib.xi. tit. 9. num. 12. latè Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 78.num. 31. hæc autem consuetudo, & obseruantia admittendi illegitimos, est adeò potens, vt quāuis ex natura dispositionis alicuius aliud dicendum esset, nihilominus
90 eadem natura contrario vsu. † ac modo tollatur, vt per Isern. cap. 1. n. 4. qui feud. da poss. sequitur Camera.in rep.l. Imperialem. car. 581. de prohib.feud alien. ex hac igitur obseruantia, quæ per centum, & amplius annos perseuerat multò maximè declarata fuit intentio Summorum Pontificum, & quatenus opus sit, mutata natura huius concessionis. Namque verba stipulationum, ac concessionum ab hac obseruan-
91 tia potissimum † declarantur, Bart. consil. 59. Commune Spoleti. num. 6. volum. pri. latissimè Becc. consil. 101. num. 48. Iosef. Lud. concl. 38. illat. 27. & illat. 37. Decian. resp. 124. nu. 41. in 3. & magis ad propositum Commens. cons. 99. respon
92 dit, † Quòd si Abbates per quadraginta annos incluserunt fœminas in Inuestituris, quæ prius non erant cōprehensæ, inducitur consuetudo, per quam in futurum quoque admitti debent. Sequitur Bursat. consil. 150. num. 24. Decian. resp. 24. num. 107. vol. pri. si itaque obseruantia contra naturam feudi facit, vt qui comprehensi nullo modo erant, sint capaces, quantò magis in materia indifferenti, quæ pariter conuenit legitimis, & naturalibus, capietur interpretatio, vt etiam naturales contineantur? Sed & hæc obseruātia adeò potens est, vt inducat nouum titulū,
93 † & contractum, vtque Princeps illam tolerans videatur conficere actum secundum illius tenorem, vt post Crauet. cons. 19. nu. 4. trad. Raudens. cons. 60. num. 42. volum. pri. & in forma danda inuestituræ feudali in futurum, Afflict. decis. 305. num. xi. voluit sufficere binum actum, se-
94 quitur Bursat. consil. 49. nu. 64. † Sicut etiam videmus binum actum cum cursu temporis sufficere ad infeudandum etiam bona Ecclesiæ sine solemnitate aliqua, vt per Curt. iun. de feud. 2. par 3. & 4. quæst. & hoc est, quod dicunt pariter Doctores de ista obseruantia, quòd non requirat aliquam præscriptionem, sed
95 sufficiat, † quòd aliquando ita fuerit seruatum per duos, aut tres actus, intra spatium annorum decē. Add. ad decis. 6. Rot. tit. de consuetud. in nou. & nouissimè eadem Rot. decis. 574. nu 4. par. pri. in nouissimis. Sic etiam in plerisque alijs casibus responsum est hanc obseruantiā operari, quamuis verba non patiantur.
96 Soci. † cons. 145. num. 2. volum. 1. Becc. & Raudens. vbi suprà, Crau. cons.

conſ. 754. in fi. & conſ. 766. nu. 8. Onded. conſ. 92. n. 30. qui ſubijcit,
97 quòd et ſi † obſeruantia ſit contra verum intellectum diſpoſitionis: tamen attendenda venit ad interpretationem illius, Menoch. cõſ. 390. num. 16. & ſeqq. vbi de admittendis perſonis, quæ non erant comprehenſæ in Inueſtituris, ex iuris diſpoſitione, ſed tantùm ex obſeruantia ſub ſequuta, agit, & conſ. 745. n.
98 39. vbi quòd ex obſeruantia † declaratur. An feudum ſit hæreditariũ, vel familiare. Thob. Non. cõſ. 1.
99 n. 36. vbi obſeruantiã † admittendi fœminas ex duplici cõceſſione deducit: quin nec requiritur pluralitas áctuum ad inducendam obſer-
100 uantiam, quoties † vnicus profertur, qui ſit notorius, & publicus, vt per Decian. reſp. 96. n. 8. vol. 3. Bero. conſ. 95. nu. 13. in pri. vbi putat ſufficere vnicum inſtrumentum.

Hic interuenerint, non eſt dubitandum, quin inducta cenſeatur, conſuetudo admittendi illegitimos, & veniat attendenda in
101 primis, vt de conſuetudine † concedentis tradunt Brun. conſ. 135. colum. 27. in 2. volum. feudal. Anguſol. conſ. xj. nu. 4. lib. 7. Grat. reſp. 2. n. 63. vol. pri. cũ ſimm.

bilitati ad ſuccedẽdum in huiuſmodi feudum; Nam quando naturales admiſſi fuerunt, illud fuit præuia diſpenſatione
2 *eiuſdem Sedis Apoſtolicæ, vt conſtat † in inueſtitura Bonifatij 9. in perſonam Nicolai Eſtenſis, de anno 1390. Item ex in-*
3 *ueſtitura Leonelli † per Martinum V. ad id legitimatum expreſſè. Item & 3. ex legitimatione ſpecialiter facta in per-*
4 *ſonam Borsij † per Nicolaum V. & con-*
5 *ſequẽter conſuetudo aliqua † induci non potuit, Ruy. d. conſ. 34. ſub nu. 11. verſ. & idem in quantum. lib. 1. quia Papa*
6 *non cogitur † diſpenſare, & gratiam facere, Gemi. in c. licet Canon. §. fin. in prin. de elect. in 6. Ideò dici ſolet, quòd proui-*
7 *ſiones Apoſtolicæ † non faciunt aliquem ſtatum, Egid. deciſ. 107. Dec. conſ. 126. col. pen. in fi. cum ſeq. Lambertin. de iure patr. lib. 3. q. 7. prin. art. 6. & 7. col. 2. poſt med. Achill. deciſ. vni. de ſtat. benef.*

Præterea obſeruantia, & conſuetudo vltima, quæ ex dictis inueſtituris Sixti, Alexandri, & Pauli, quæ excludũt
8 *naturales, colligitur, tollit † & derogat conſuetudini, ſi qua fuiſſet per prius contraria, Rom. conſ. 43. in prin. Bero. conſ.*
9 *162. n. 4. lib. 3. Nam vltima † derogãt prioribus, l. pacta nouiſſima C. de pact.*
10 *& vltima poſſeſſio † eſt illa, quæ attenditur, Dec. in l. nemo. §. temporalis. num. 3. de reg. iur.*

CONFVTATIO. XVIII.

* Et adeò ſatis eſt, &c. * *Admiſſio naturalium quandoq; facta per Eccleſiam*
1 *non facit ſtatum, vel obſeruantiam † talem, quod hodie naturales poſſint dici ha*

ALLEGATIO.

* Ideoq; &c. * concludendũ eſt, quòd ſi Vicariatus antè Bullã Sixti IIII. ſimpliciter pro filijs conceſſus eſſet, deficientibus legitimis, compre

béſi fuiſſent illegitimi, & multò magis legitimati, quod ipſe indubitatum puto.

Quartà nunc, & poſtrema quæſtio ſuccedit in ordine, in qua illud animaduertendum eſt, quòd cum anno 1472. adeſſet Hercules filius legitimus, ac naturalis, ac vocatus in Bullis Vicariatuum antecedentium, Sixtus IIII. anno 1472. relato tenore Bullarum antiquarum, eundem Herculem Vicarium, & poſt mortem eiuſdem filios, ac nepotes legitimos, & naturales vſque in tertiam generationem conſtituit, & dignitatem Ducalem in perſonã ipſius Herculis erexit, quæ prius erecta fuerat in perſona Borſij. deinde verò Alexander VI. anno 1501. relatione facta de cõtentis in Bulla Sixti illam deputationẽ in Vicariatũ ad omnes deſcendentes in perpetuum dicti Herculi extendit, & ampliauit cũ perpetuo ordine primogenituræ, erigendo Ciuitatẽ in Ducatum; quæ omnia poſtmodũ à Paulo III. anno 1538. cõfirmata apparent. Sixtus ergo nullam fecit mentionem illegitimorum, nec filiorũ, ſed addidit vocẽ, legitimorũ; quarè inquirendũ eſt, an hodie legitimati ab hoc Vicariatu excludãtur, ſtantibus præmiſsis.

Et opinor illos nullo modo excludi; primò quia conſtitutio Sixti Quarti, quæ durãte adhuc Vicariatu Herculis, illum pro dicto Herculle, & filijs, ac nepotibus vſque in tertiam generationem conceſsit, non videtur nouum Vicariatũ creaſſe, ſed eundem, prout erat, retinuiſſe, eo excepto, quòd vbi eius filij, ac nepotes non includebantur ſub prioribus cõceſsionibus, illos vſque ad tertiam generationẽ cum qualitate legitima comprehendit, ex qua tamẽ ampliatione nihil dicimus innouatum, quo ad ſubſtantiam ipsã

102 Vicariatus, † quinimò cùm expreſsè relationem habeat ad præcedẽtes cõceſsiones, videtur quoque earundem terminos retinere, prætterquam in eo, quòd in accidẽtalibus eſt immutatum. ſic etiã videmus in feudis, vel emphyteuſi; nã quoties conceſsio fit ſub commemoratione antiquarũ inueſtiturarum, nuſquã feudum efficitur nouum, ſed remanet antiquum, nec mutatio in aliquibus officit, ſi modò non in ſub-

103 ſtantialibus cõtingat; † vt per Calderi. conſ. xj. tit. de feud. Caſtr. conſ. 311. n. 2. vol. 1. Bru. conſ. 78. in feudal. & conſ. 143. in 2. volum. feudal. Natt. conſ. 114. n. 7. Burſat. conſ. 29. n. 46. Crauc. pulchrè de Ant. temp. Par. 5. n. 21. & 23. & conſ. 798. n. 6. vbi quod ſi fiat relatio, & confirma-

104 tio omnium præcedentium, † numquam dicitur feudum nouum. Alb. cõſ. 382. n. 36. Surd. qui alios adducit conſ. 105. n. 31. Duen. reg. 323. Menoch. conſ. 35. n. 20. & conſ. 104. n. 44. hinc fit, vt & iſti Doctores aſſerũt, quòd perſonæ, quæ in primis cõceſsionibus vocabãtur, & in alijs intelligi comprehẽſæ debeant, ſicque niſi Bulla mentionem feciſſet legitimorum, & naturalium, adhuc illegitimi comprehendebantur ex

bis,

his, quæ dixi supra: Tãtùm ergo illegitimi propter verbum, legitimorum, quo Sixtus vtitur, exclusi dicẽdi sunt; cum in cæteris Vicariatus suam naturam retineat ex mox dictis, & ex his quæ dicentur inferius. Sed mutatio hæc & restrictio, quò ad succesionem (& hæc fit secunda ratio) cum erectione Ducatus, & cõstitutione primogenituræ in omnes descendẽtes Herculis, nõ & id operatur, vt à forma Vicariatuum præcedentium in his, in quibus expressè recessum non est, discessisse dicãtur partes: Nam & feudũ in aliquo
105 alteratum, in cæteris † naturam suã retinere constitutum est, cap. 1. de feud. nõ hab. prop. nat. Loffred post Iser. & Alex. cons. xj. n. 38. Crauet. cõs. 373 n. 38. & cons. 472. n. 18. Anguil. cons. 23. n. 155. & cons. 54. n. 5. Vrsill. ad decis. afflic. c. 312. n. 7. Natt. & Bursat. & alij mox relati, sic & Boss. in tit. de Princip. n. 332. refert Senatũ Mediolanẽ. pro legitimato, qui fuerat comprehensus in inuestituris, sentẽtiam dixisse, tametsi decretum superuenisset, quo tãtum legitimi admittebantur.

Amplius mutatio, quæ contingit
106 circa accidentalia, † non est in cõsideratione; nã quòd porrectus fuerit Vicariatus ad descẽdẽtes, quòdque erectus fuerit Ducatus, & primogenitura, omnia hæc concernũt accidentalia, & nõ formam aliquã Vicariatus, aut quod magis est, feudi, & ideo non inducũt nouam formam. Sic trad. Calderi. d. cons. 2j. tit. de feud. vbi quando admisio fœminarum, quæ prius non erant cõpre-
107 hensæ, † vel permisio alienandi, & similia non inferunt feudum esse nouum, quoniam sunt accidẽtalia, quæ pro arbitrio cõtrahentium im-
108 mutãtur, & in terminis, † quòd erectio dignitatis non alteret quidquã in feudo trad. Crau. cons. 579. nu. 8. vbi idem dicit de admisione fœminarũ, & cons. 679. n. 10. & rursus cõs. 798. n. 8. vbi quòd ampliatio dignitatis in feudo nõ inducit alterationẽ in substantialibus, nec efficit nouam cõcesionem, & hoc habet locum tam in Bulla Sixti, in qua dignitas confertur in personam, non in rem, quàm in Bulla Alexãdri in qua dignitas ad fauorem recipientis additur, ideo nõ potest derogare in aliquo priori erectioni Vicariatus: Sic Monachus effectus Epi-
109 scopus † retinet Monachatum, & Not. effectus Doctor potest cõficere instrumenta, quoniã additio dignitatis non minuit quidquã, & idẽ
110 de adiectione primogenituræ, † & admisione fœminarum trad. Crau. d. cons. 798. nu. 9. Rursus alteratio hæc, quæ ex adiectione dignitatis Ducalis, & primogenituræ resultat, non diuerificat substantiam Vicariatus; nec ex ea mutatur finis, & effectus illius; qui cõsistit in Regimine ciuitatis, & populorum. Bald. l. ius ciuile, ĩ princ. de iust. & iu. Brun. in tract. de Augum. concl. 3. n. 7. &
111 accidens amplioris † exercitij non mutat priorem formam, & transitus ad perfectius esse nõ mutat primam dispositionẽ, & additiones, quæ ve-

 niunt

niunt cumulatiuè, & augumentatiuè accedunt ad priorem materiam, eadē remanente substātia, nec stant
112 per se, † sed confunduntur, & admiscentur priori substantiæ. l. rerū mixtura, de vsucap. Alberi. in proem. C. n. 5. Tiraq. de retrac. conuent. ad finē tit. n. 167. latè Rot. Rom. decis. 505. n. 12. part. pri. in nouiss. sic & Alcia. resp. 3. n. 30. lib. 3. cēsuit digni-
113 tatem † Marchionatus additā feudo eodem modo regulari, sicut feudū, & quemadmodū fœminæ prius in illo succedebant, ita & in Marchionatu.

CONFVTATIO. XIX.

* Ideoque, &c. * *Hæc quæstio, quòd legitimati admittantur ad hoc feudum, non est necessaria; quia de nulla legitimatione Alphonsi sufficienti docetur, & tamen ad hoc, vt legitimatus ad feuda admittatur, necessaria sunt inter alia duo; Primum, quod expressa fuerit facta*
1 *legitimatio † ad ipsum feudum, glo. in d. c. 1. §. naturalis. in ver. legitimi. si de feud. fuer. contr. inter dom. & agna. Paris. cons. 1. num. 76. lib. 2. Ruy. cons. 36. num. 18. lib. 1. Curt. iun. cons. 136. num. 1. Boer. decis. 123. num. 6. Rot. per R. p. D. Seraphi. decis. 42. lib. 1. & specialiter*
2 *ad hoc feudū dignitatis Ducatus, † Bal. in l. eam, quam. n. 42. & 43. C. de fideic. Anchar. cons. 308. col. 2. vers. 3. Mari. Frez. lib. 2. de sub in feud. Baro. differ. 15. num. 1. Tiraq. de nobilit. cap. 23. nu. 18. Alterum, quòd etiam legitimatio sit*
3 *facta † ab habente potestatem, Vid. licet à Papa in bonis suis, & Ecclesiæ; non autem ab Imperatore, & Principe seculari, c. per venerabilem. qui fil. sint legi. vbi latè Abb. nu. 24. cum seq. Anchar. consil. 230. Bal. in l. 1. num. 5. C. de Iure aur. anul. & consil. 356. num. 5. lib. 2. glosat. Hispan. in reg. Cancell. 48. Rot. in no. decis. 1. qui fil. sint leg. Boer. decis. 297. nume. 2. Ias. consil. 70. volum. 3. Cephal. consil. 23. num. 76. cum seq. volum. 1. vbi de communi, de qua etiam testatur Alex. consil. 67. num. 8. vol. 1. Dec. consil. 557. col. fin. Soci. iun. consil. 100. num. 12. cum plur. seq. lib. 2. Couar. in epit. par. 2. Cap. 8. num. 14. & 18. Boss. in prax. crim. tit. de Princip. & priuil. eius num. 183. & quando etiam constaret de aliqua legitimatione Alphonsi, adhuc nihil releuaret,*
4 *quia illa esset reuocata † per Bullas Pij Quarti, & Pij Quinti contra illegitimos editas, & per viam legis emanatas; Nam dubium non est, quin legitimatio, quia est de Iure ciuili, possit per eundem*
5 *† Principem, qui concessit, tolli & reuocari, vt dicit Afflict. decis. 128. nu. 13. & ibi Vrsill. in addi. quòd præsertim procedit, quando id facit per viam legis vniuersalis, Menoch. cons. 112. num. 2. & 13. lib. 2. Nam Princeps potest priuile-*
6 *gium à se concessum † quandocunque, præsertim per viam legis, reuocare, Anchar. cons. 336. Paul. de Castr. in l. si quis Curialis. in fi. C. de Epi. & cleri. cum multis alijs per Gabr. in tit. de Iur. quæsi. non toll. conclus. 7. num. 1. ergo multò magis*
7 *modificare, seu limitare † feuda Ecclesiastica, tantum remanente legitimatione, quoad reliqua, intacta, & illæsa, Io. de Plat. in l. nuptæ. de Senat. Barba. in c. fin. nu. 34. in fi. & seq. de off. leg.*

AL-

ALLEGATIO.

* Et hoc maximè procedit, * quãdo dignitas cõfertur in fauoré recipiẽtis, vt hic, vt dixi, nam non operatur
114 diminutioné in reliquis, † quoniã hoc redundaret in damnum. l. Per adoptionem, vbi Bald. ff. de Adopt. Alex. cõſ. 32. n. 6. in 5. Decian. reſp. 21. n. 51. in pri. vbi ampliat ſiue dignitas addita ſit maior, ſiue minor. Neque dicatur, quòd ex erectione huius dignitatis reſultat, quòd Ducatus, cõceſſus videatur in feudum, cum imò verius ſit, vt videatur concedi iure ꝓprio, Iacob. de S. Georg. in ſua inueſtitura in verbo, Dux. nu. 3. verſ. quãdoq; verò Ducatus. Clar. §. feudũ. quæſt. 81. & in terminis Vicariatus Eccleſiaſtici, Menoch. cõſ.
115 414. n. 9. ſicut & poteſt † dari in offitiũ abſq; iure feudi, vt trad. Iſern. cap. pri. ſub n. pri. verſ. poſſet etiam reduci. de feud. march. & c. pri. n. 2. verſ. marchio dicitur. quis dic. dux.

CONFVTATIO. XX.

* Et hoc maximè procedit, &c. * *Iſti loquuntur in Ducatu, & dignitate conceſſa perſonæ, pro ſe, & hæredibus; quæ poteſt tranſire ad hæredes Iure proprio, & ſine Feudo: Secus eſt quando Feudum*
1 *ipſum eſt erectum † in dignitatem, vt fecit Alexander VI. tunc enim non tranſit, niſi cum Feudo; ex quo eſt priuilegiũ,*
2 *ſeu dignitas realis, quæ tranſit † cum ipſa re, vt diſtinguit idemmet Iacob. de S. Georg. & Clar. in locis citatis.*

ALLEGATIO.

* Et hoc etiã facilius ꝓcedit, * quia in nulla ex Bullis Pontificijs fuit dictum, quòd hæc ciuitas concederetur in feudum, ergo quod Bulla nõ dicit, nec nos dicere debemus, Caſtr. conſ. 164. n. 8. verſic. quia dicit, vol. 2. Dec. cõſ. 413. n. 5. & cõſ. 498. num. xj.

Tertiò, quod magis eſt, præmiſſa procedunt, quoties etiam concederemus Vicariatum fuiſſe finitũ extincto Hercule. Nam cũ Sixtus eũdem conceſſerit eius filijs, ac nepotibus in tertiam generationẽ, deinde Alexander illum extenderit ad omnes in infinitum.

CONFVTATIO. XXI.

* Et hoc etiam facilius procedit, &c. * *Ex ſerie facti ſupra in principio narrati, & ex his, quæ etiam inferius dicentur, ſatis conſtat de Feudo; nec eſt verum, quòd nunquàm fuerit facta mentio de feudo; quia in pluribus Inueſtituris Eſten*
1 *ſes † ſupplicant ſibi dari in feudum, & ſignanter Innocentio VI. quæ confeſſio ſic facta in precibus plenè probat, l. cùm precum. C. de lib. cauſ. & in ſpecie probat*
2 *ius Romanæ Eccleſiæ † contra quoſcunq;, Curt. iun. conſ. 140. nu. 5. Rolan. à Vall. conſil. 82. nu. 38. lib. 2. Et negatur quòd Alexander Vicariatum extenderit in perpetuum.*

AL-

ALLEGATIO.

* Tamen cùm * id factum fuerit cũ commemoratione priorum cõcessionum, ac personis de eadem generatione, nõ videtur nouus Vicariatus inductus, sed potiùs antiquus renouatus ita, † vt omnia, quæ in primis aderant, in hoc quoque repetita videãtur, præterquàm in his, quibus verba repugnant, Bar. l. si mihi, & Titio. n. 7. de verb. oblig. cũ quo alij transeunt, vt per Alex. ibi n. 17. Ias. in fi. & communem dicit Aret. in fi. qui idẽ dicit procedere, quoties emphyteusis, quæ iam † finita erat, iterum cõceditur, etiam si simpliciter, & absq; commemoratione aliarum Inuestiturarum cõcessa sit, modò id fiat his, qui sunt de genere. Alex. cõs. 19. n. 22. in 5. Dec. cõs. 53. per totum, in cuius casu magis dubitari poterat, quia de emphyteusi trãsitum fecerant cõtrahentes ad feudum, & sic videbatur inducta noua forma. Sequitur Zucard. cons. 7. nu. 45. idem Dec. cõs. 445. n. 5. vbi ampliat, etiam si dictum esset, de nouo cõcedimus, plura trad. Duen. d. reg. 323. Et in casu nostro facilius procedit argumentum, tùm quia Sixtus facit mentionem priorum Inuestiturarum, vt & Alex. tùm quia idẽ Alex. vsus fuit, verbis significantibus prorogationem, & extensionẽ: inquit enim; Ad omnes descendentes extendimus, & ampliamus; per quæ verba non videtur recedere

116

117

118 † à prioribus concessionibus; sed tantum vti extensione, ac ampliatione, & ideò remanet eadem concessio, vt de offitio prorogato scribunt Bar. & post eum cæteri, in l. 4. in prin. de damn. infec. Boer. decis. 284. n. xi. & in feudo idem decisum extat, nisi adsint verba, De nouo concedimus, Caputaq. decis. 112. par. 2. quin & præmissa non minus procedunt in dispositionibus gratiosis: † nam Bar. loquitur in emphyteusi iam finita, quæ ex gratia iterum conceditur, & refert Corbul. in tracta. emphy. tit. de caus. priua. ob lin. fini. num. 8. Eques. Ruger. cons. 2. n. 102. volum. 2.

119

Ex his intelligimus nullam immutationem factam fuisse per concessiones posteriores in ipsa substãtia, sed tantum circà accidentia dignitatis, & primogenituræ erectæ, & inuitationem filiorum legitimorum, & naturalium, in cæteris verò retentam fuisse naturam ipsius Vicariatus, quæ in hoc potissimum consistit, vt sup. ostẽdi; vt diuersam sortiatur formam à feudo, vel emphyteusi, nec illorum regulis subiaceat. Quapropter cũ ex tenore verborum admittantur naturales, vel illegitimi; multò magis, qui legitimati fuerant, vt in proposito reperiebatur Alphonsus descendẽs ab Alphonso primo, filio Herculis primi, comprehendi debent, cùm in prioribus Bullis continerentur, secundum quas posteriores intelligẽdæ sunt, nisi quatenus verba omninò repugnant, vt minus recessum

sit

sit à prioribus dispositionibus; Et hoc tanto magis recipiendum esse probatur ex infrascriptis.

Et primò quoniam si verum est, vt verissimum probaui, quòd in dignitatibus secularibus illegitimi succedant, quod & in spurijs amplecti solet, vt in l. spurij præall. &
120 trad. Crau. † conf.616. nu.15. vbi post alios scribit spurios effici posse Notarios, & Doctores, & pro absoluto ponit Palçott.de not.spur.cap. 35.nu.xi.& cap.55.quis non superfluum existimabit de hoc quærere in legitimato, qui verè legitimus reputatur, & ab omni macula liberatus, & ad dignitates idoneus? prout etiam ridiculum esse de hoc inquirere
121 † scribit Palçott.d.cap.55.n.5. legitimatio enim nouam creaturã
122 efficit, † & omnem maculã abstergit, Tiraq. l. si vnquam.nu.70.C.de reuocand.dona. Gab.conf. 30. nu. 7. vol.2.& hoc est tritissimum.

Secundò, cum priores concessiones multoties inuitauerint illegitimos, & legitimatos, & hæ posteriores in eo solum recesserint, quòd vocarunt legitimos, & naturales, & excluserunt illegitimos, vtique ex his verbis comprehenduntur legitimati; qui prius quoque inuitabantur; tùm quia, vt dixi, retineri censetur eadem natura, quæ erat in prioribus; tum quia sunt legitimati verè
123 legitimi, † quoniam legitimum esse nihil aliud est, quàm habilem ad ea, quæ à legibus conceduntur. Natt. in l. hac consultissima §. ex imperfecto.nu.92. C. de testa. Menoch.conf.266.n.52. & esse legitimum pertinet ad iuris censuram, &
124 † quoties lex disponit circa ea, quæ sunt iuris dicitur veritatem inducere, Bar.l.si is, qui pro emptore.ff.de vsucap.n. 29.Mantic.latè in tract.de coniec. ult. uol. lib.xi.tit.10.nu.10. ubi post multa ostendit filios legi-
125 timatos dici † propriè, & uerè legitimos. Alba.conf.750.cum sim.

Sunt etiã propriè naturales, quoniam habent iura naturalia, nec.n. natura in procreatione distinguit
126 inter copulam coniugalem, † vel aliam.§. naturales Auth.quib.mod. natu.effi.legiti.Palæott.d.tract. c.2. in princ.& cap.xj.n.2. & cap. 18. in princ.Barz.in tract. de fil. nõ legit. na.in prin.n.9. vbi quòd actus generandi filios, qui prouenit à natura, non distinguit vnam speciem ab al
127 tera: † semen enim quomodocũq; proueniẽs creatura Dei dicitur, & eo malè vtentibus malè erit, nõ autem ipsum malum est. c. vndecũq;. 56.dist.Marzar. ad propositũ conf. 10.n.28. legitimatus igitur, qui habet legitimitatem, & naturam, dici-
128 tur legitimus, † & naturalis, quoniã in eo vtrũque concurrit, vt per Tiraq. de verbo, susceperit liberos.n. 76.Rot.decis.368.n.15.par.prim.& per legitimationẽ dicitur tolli ma-
129 cula, † quæ mẽti Ecclesię obstabat, vt in legitimatione ad emphyteusim Ecclesiasticam trad. eadẽ Rot. decis. 151. par. pri. & legitimatio, quæ fit, nihil aliud operatur, nisi in tollendo obstaculum legis, quo re-
130 moto, veritas ipsa in lucem † emergit,

git,& vera filiatio legitima, & natu
ralis resultat.Castr.cons.30.n.2.vol.
pri.hic igitur legitimās nihil aliud
efficit, quàm quòd purificari facit
131 conditionem, † vel dispositionem
adimpleri, quæ ex mente, ac verbis
volebat venire legitimatos; nam te
stator, vel alius disponēs, ex quo me
minit filiorum legitimorum, & na-
132 turalium, † quorū appellatione ve
niūt legitimati, cēsetur etiā voluis-
se, vt illi legitimarētur, vt per Aret.
l.ex facto, in prin.n.xj.ff.de vulg.So
ci.l.Gallus.§.si eius.n.5. in fi. de lib.
& posthum.vbi & Rui.nu.69. & la-
tius idem Soci.cons. 226. volum.2.
cum alijs, quos referre possem: Tā-
tum addo, non esse constituendam
differētiam, quo ad hoc, inter vlti-
mas voluntates, vel cōtractus; quā-
do non minus in his militat funda-
mentum, quòd disponēs senserit de
133 naturalibus, vel legitimatis, † quàm
in vltima voluntate. Bar. & alij d.§.
si quis rogatus, qui licet cōtrarium
dicāt in Ecclesia, quoniam de tali-
bes non creditur sensisse, tamen in
casu nostro ex tot admissionibus il
legitimorū, & legitimatorum ces-
sat prorsus obiectio ex iam dictis.

Tertiò cùm hæc ita sint, manife-
stò iam apparere potest, quòd legi-
timati ad hunc Vicariatū venirent;
Quia cùm prius inuitati fuissēt, ni-
hil reperitur immutatum; quo casu
concessio permanet sub eisdē qua-
litatibus; & personæ, quæ prius suc-
cedere poterāt, & quarum admis-
sio non repugnat posterioribus cō-
cessionibus, adhùc succedere pote
rūt, vt sup. plenius deduxi: Nec mo-
deratio illa, vel reformatio circà
personam naturalium, qui vidētur
excludi, quidquàm operatur quo
134 ad alias qnalitates, à quibus † nō vi
detur recessum, nisi in eo, quod ex-
pressum apparet, Anchar.cōs. 54.
Crau. loquēs de Inuestitura refor-
mata in quibusdam, cōs.579.n.27.
faciūt trad.per Surd.cōs.202.n.30.
vbi si fiat reformatio contractus, &
aliquid addatur, vel detrahatur, nō
135 † erit ob hoc censenda noua dispo
tio, sic & in casu nostro ademptio il
legitimorū, quæ resultat ex his po-
sterioribus concessionibus, non ef-
ficit nouam dispositionem, multo-
que minus circa personam legiti-
matorum, qui nedum non reperiū-
tur exclusi, sed potius rpetiti, sub
qualitate legitimorū, & naturaliū;
quæ satis aperit mentem disponen-
tium eam fuisse, vt legitimati veni-
rent, quos nō abhorruisse summos
Pontifices ex præcedentibus Bullis
constat. Et in terminis Vicariatus,
quòd ex sequētibus cōcessionibus
non videatur recessū à primis, Me-
noch. d.cons.414. nu. 30.

Quæ omnia satis confirmantur
ex eo, quòd non semel Responsum
fuit à Doctoribus nostris, etiā in feu
do sub his verbis, legitimorum, &
naturaliū, concesso, nulla per prius
admissione legitimatorum in pri-
136 mis inuestituris, † adhuc venire le-
gitimatos, Castr.cōs.461.n.2.& n.5.
vol.pri.Cōmens.cons.168.n.4.&5.
qui subijcit in feudo vocante legi-
timos, & naturales, admitti quoque
legi-

legitimatos,& Principē legitimantem solum id agere, vt conditionē euenire faciat, quæ de legitimato intelligebatur, & est de mente Couar. lib. 3. Var. resol.c.6.nu.7.versf. eadem,& versic.quinta.Eugen.cōs. 57.n.30.vbi de communi.Rot.Ro. decis. 368.nu.15.par. 1.post Curt. iun.Cell.Vg.& alios; Et in emphyteusi Ecclesiastica, quòd sub nomi-
137 ne legitimorum,& naturalium † veniant legitimati, bis decisum fuit in Rot. Rom. coram Serafino, vt in decis.151.& 153.pri.par. in nouissimis; Quantò igitur fortius hoc dicendum erit in casu nostro, in quo tot vocationes illegitimorum,& legitimatorum præcedunt.

Nec defuerunt, qui tenerent etiam legitimatum per rescriptum succedere in feudo proprio, ac re-
138 cto,ad † quod nati tantum ex legitimo matrimonio vocati essent, vt per Soc.cons.3.vol.3. Curt. iun. in tract.de feud. 3.par.n.39. Surd.cōs. 1.n.28.& cons.213.n.19.latè Gab. cons.21.n.35.vol.pri.Bursat. cons. 85.n.19.quod non est præsentis inspectionis, cum in his Bullis vocentur tantum legitimi, & naturales.

Quartò iuuat etiā addere, quòd cum Hercules ante Vicariatum sibi concessum ad tertiā generationem pro filijs legitimis, & naturalibus esset comprehensus in Vicariatu Ioānis XXIII. ac aliorum Pōtificū, qui illegitimos inuitauerāt, quod, & expressè dicitur in Bulla Sixti 4. certè ne videatur Sixtus in pluribus velle derogare cōcessionibus præcedentibus, dicendū est, vt legitimatos īuitare voluerit, alio qui videretur abrogare Vicariatus præcedentes,nedum quò ad illegitimos, sed & ad legitimatos, quod nullo modo dicendum est, quoniā
139 dispositio, † quę in vno, vel pluribus corrigere potest, ità interpretāda est, vt in vno tantum corrigat. Butr. c.cùm dilecti.de donat. Rol. cons.72.n.38.in 3. Tum verò quoniam durante adhuc tempore primi Vicariatus, in quo fundebatur ius Herculis, subsequens concessio secūdum reliquias præcedentis,ad quam respexerunt contrahentes,intelligi debet,vt per Rui.cons.15.n. 3.& xj. volum. pri.vbi declarando doctrinam Bar.in d.l.si mihi,& Titio, in fi. inquit illā procedere propriè,quoties renouatio fit đ emphyteusi iam finita, quæ tamē ex æquitate primę,cuius reliquię adhuc du-
140 rabāt,† renouatur, & Rui.sequitur Pedroc.cons.36.nu.96.Cùm igitur eo tempore vigeret obseruantia admittendi legitimatos, videtur concessio in dubio fieri secundū cōsuetudinem tunc vigentē, vt per Grat. resp.9. nu.146.vol.pri. Nec officit, quod verbo, legitimati, non fuerit Pontifex vsus in Bulla,quoniā non eo minus veniūt;quia Bulla recipit interpretationē passiuam à iure cōmuni, siue à consuetudine aliarum Bullarum,& legitimati propriè veniunt sub illis verbis,legitimi,& naturales,vt dixi,quo fit,vt argumentum,quòd Sixtus non sit vsus verbo, legitimatorum,non cōcludat ad il-

lorum exclusionē Rot. Rom. decis. 198. n.4.par.2.in nouissimis, maximè concurrentibus iam dictis.

CONFVTATIO. XXII.

* Tamen cum,&c. * *Satis est, quòd fuerit addita hæc qualitas,* † *legitimi et naturales, quæ clarè excludit illegitimos, vt dictum fuit supra.*

ALLEGATIO.

* Quod autem pertinet * ad Serenissimum Cæsarem legitimum, & naturalem ex Alphonso progenitum, nihil videtur vrgere, quominùs ad Vicariatum hunc, & Ducatum, aspirare possit; Cum enim in eo quamuis nato ex Alphonso legitimato cesset omnis ratio odij, vel peccati, quæ duo solent considerari ad arcendum illegitimos, vel legitimatos à dispositione proueniēte ab Ecclesia, profectò à cessante ratione admitti debebit saltem † in defectum legitimorum l. fi. cum ibi not. per Bal. Ang. & Salyc. C. de natural.liber. vbi nō prohibetur Auus relinquere nepoti legitimo, & naturali ex filio illegitimo, sic & in l.si is, qui.ff. de vulg. & pup. non prohibetur pater substituere filio pupillo alium filium naturalem, quæ decisio reputatur notabilis, vt per Doctores ibi. Imol. cons.71. Crau.cons.917.num.2.

Rursus certum est Summos Pontifices inuitasse descendentes legitimos, & naturales, atque ità singulos considerasse, qui haberēt hanc qualitatem, propterea cum nullam qualitatem cogatur hic ducere à patre legitimato, non debet illi nocere qualitas patris, † Bar.cōs.118. volum.pri.Corn.consil.25. volum. pri.& consil.pri.vol.3.vbi quòd medium, quo conceptus est filius legitimus ex spurio, est licitum, & coitus non improbatus; Igitur hæc causa immediata, & licita attendenda venit, non autem mediata, & illicita, & plura, adhoc propositum adducit Guid.Pap.consil.94.

CONFVTATIO. XXIII.

* Quòd autem pertinet, &c. * *Sicut non poterat succedere Alphonsus in hoc* 1 *Feudo,* † *d.c.1.* §. *naturalis. si de feud. fuer.contr. ita nec etiam Cæsar, quamuis sit legitimus, & naturalis, & ex legiti-* 2 *mo matrimonio natus,* † *c.1.* §. *hoc autem notandum. qui Feud. dar. poss. c.1. de success. fratr. quia cùm sit sublatā media* 3 *persona,* † *non potest sequens admitti, vt dicit Jacob. de S. Beluis. in d.§.hoc autem. & Aluar. ibi dicit, quòd sublato medio, sunt etiam sublata omnia extre* 4 *ma,* † *& vt inquit Rocch. ibidem, succes-* 5 *sio non fit per saltum,* † *Io.Lup. in rubr. de donat.inter vir.& vxor.§.69.nu.34. Tiraq.de iure primog.q.12.nu.5. Natt. cons.187. nu.6.lib.1.& cons.581.num. 29.& seq. lib.3.& est Tex. in l.fin.C.de natur.lib. ex quo sumitur regula, quòd* 6 *quando vna persona est* † *probibita succederes*

dere; tunc & reliquæ descendentes ab ea excluduntur, vt inquit Ang. in §. reliquum.in ver.ex diuerso.in authen.de hæred.& falcid.Dec.consi.484.num.2.Soci. iun. consil.69.nu.15.lib.3.Rim.iun. consil.42.nu.126.Decian. cons.3.num.99. volum.3.Rolan. consil.74.in prin. lib.1.
7 *& sicut patres, illegitimi, † quoad Ius succedendi inter agnatos non reputantur, ita eorum filij, quamuis legitimi, Tiraq. de retract. ligng. §.1.glo.8.num.7. Aym. cons.138.num.8.*

ALLEGATIO.

* Quæ verò adduci possent* quòd proueniat à radice infecta, & quòd nulla detur legitima consequentia ex medio inhabili, tollūtur. Si consideremus hæc omnia sublata fuis-
143 se per legitimationem, † per quam omnis imperfectio, & macula fuit abolita: nec æquum fuit, vt perseueraret odium extincta causa ipsius, Alcia.resp.24.n.12.lib.9. vbi decidit, conditionem non intelligi de filijs spurijs, donec durat spurietas,
144 † at verò illa sublata secus, vt per eundē resp.61.n.7.eod.lib.Decian. resp.3.n. 99. versic.ex quibus omnibus.volum.3.vbi postquàm dixit descendentes à spurijs tamquam à radice infecta non venire, statim subiunxit, nisi fuerint legitimati,
145 † quoniam omnis macula videtur aboleri. Sic & Anchar. & Butr. in cons. superius relatis existimarunt spurietatem Matris non nocerē filijs legitimis, & naturalibus in materia iuris patronatus, cum tamen annexus dicatur spirituali, idem quoque in fideicommisso vocante filios natos ex legitimo matrimonio, vt filij legitimatorum possint
146 venire, † scribit Cœph.consil.103. n.6.vol.pri.Rim.iun.in eadem causa cons. 294. n. 22. pro quibus fuit iudicatum à consilio Iustitiæ Ciuitatis Ferrariæ.

Et hæc opinio saltem sine difficultate procedere debet, vbi non adsunt alij legitimi, & naturales, vt ostendit Alex. cū quo dicit in hoc casu esse communem sententiam
147 Add. ibi cons.74.vol.3. † vbi quòd nepotes legitimi, & naturales ex filio spurio non capiunt ab Auo extante legitima sobole, secus verò si illa non extet, & latè sequitur de communi pariter attestans Palæot. de Not.& spur.cap.53.

CONFVTATIO. XXIIII.

* Quę verò adduci possent, &c.* *Hæc*
1 *de legitimatione † non applicantur, quia, vt iam dictum fuit, nec de ea constat, & si constaret, non releuat, stante reuocatione, de qua in Bullis Pij Quarti, & Pij Quinti contra illegitimos editis.*

ALLEGATIO.

* Tertium caput subintrat, * quod consistit in ostēdendo Ducatū hūc, & Vicariatum donatum pleno iure, non autem in feudum cōcessum, &

in eo facilius admitti Serenisſimum Ducem Cæſarem.

Etenim ex Bulla Alexan. VI. non ſolum vtile Dominium, ſed & directum, & quidquid ſpectabat ad concedētem dicitur eſſe translatum, idque apertiſsimè deducitur ex verbis eiuſdem Bullæ, in qua poſt Ducatus erectionē, & omnium regaliū trāslationē dicitur, quòd dabat ei liberā, & plenam iurisdidictionē, quæ verba denotāt in ipſum, cui fit cōceſsio, & eius deſcendentes fuiſſe trāslatum directūm dominium, quia libera res illa dicitur, quæ non eſt data in feudū, vt conſuluit Caſtr. conſ. 164. n. 8.
148 in 2. † vbi quòd res dicitur allodialis, quando non eſt dictum, quod ſit feudum, ſed quòd remanet propria, & libera, & nullum præſtatur fidelitatis iuramentum; in prædicta autem Bulla nō fuit additum, quòd ſit feudum, nec quòd præſtetur iuramentum fidelitatis; ſed potius quod conferebat liberam, ac plenam iuriſdictionem: ergo dicendum eſt, quod Ducatus fuerit cōceſſus in allodium;
149 plenum enim † dicitur eſſe illud, cui nihil deeſt, & abſolutum Dominiū importat, Deci. conſ. 468. n. 10. verſ. & additur. & conſ. 498. n. 8. col. 3.

Ita etiam libera iuriſdictio illa appellatur, quæ nulli ſubiacet ſeruituti, ſed feudum eſt ſpecies ſeruitutis, ergò iuriſdictio libera non poteſt eſſe feudalis; ſed allodialis nuncupan-
150 da eſt, † & ita arguit in terminis Rui. conſ. 38. n. 2. in pri. Menoch. conſ. 1. num. 10.

Rurſus hoc idem efficaciter probatur ex eo, quod d. Alexander paulo inferius ſubiunxit hęc verba. Quæ omnia, tenores, & effectus eorum pro expreſſis habētes, eidem Duci, & deſcendentibus præfatis, harum ſeriē, de vberioris dono gratiæ pleniſſimè cōcedimus, donamus, & elargimur; quæ verba, cum ſint in ſuo ſignificatu clariſſima, transferunt directū Dominium in recipientem, & faciunt conceſſionem Ducatus eſſe plenam
151 donationem, & nō feudum, † vt cōſuluit Soc. iun. conſ. 192. n. 9. volum. 2. vbi dicit hāc eſſe cōmunem opin. & ante ipſum Oldrad. conſ. 159. in pri. dub. & Gozad. conſ. 8. n. 16. verſ. 12. pri. & rurſus Soc. iun. conſ. 76. nu. 42. in pri. Grat. conſ. 9. n. 77. volum. pri. Clar. §. feudum, quæſt. 17. vbi ait, hoc eſſe communiter receptum, Menoch. conſ. pri. n. 11. & conſ. 191. n. 9. & in tract. de prę ſump. lib. 3. præſūp. 91. n. 20. qui priùs, n. 10. ampliauerat
152 procedere, quāuis † princeps expreſſiſſet feudum, veluti, quia dixiſſet, ſe donare feudum, quod maximè pro-
153 cedit, quoties verba † donationis cōcepta sūt diſpoſitiuè, vt poſt Dec. ſcribit Rim. iun. conſ. 601. n. 87. & de his verbis latè agit Cephal. conſ. 369. n. 49. qui ſub nu. 88. ponderat quoque
154 verba illa, pleno iure, † quæ indicant non eſſe feudum, ſed donationē, ſubijcitq; hoc procedere, quāuis adeſſent alia verba, in feudum, vel inueſtimus, & fidelitatis iuramentum, quo-
155 niam, † vbi contractui perfecto adduntur aliqua inferentia alium contractum, nō ideo noua diſpoſitio inducitur.

Et cum

Et cum Summus Pontifex in Ducem, & eius descendentes transtulerit plenam, & liberam iurisdictioné, & quemcũque gradum summi Imperij, non reseruando sibi neque directum Dominium, neque vllam superioritatem, dicitur in donatarium
156 omnia transtulisse, † vt cõsuluit Alexan.cons.24.nu.xj.volum.5.Dec. d. cons.413.n.5.Rui.cons.42.n.4. volum.pri.Grat.d.cons.9.n.66.vol.pri. Menoch.d.cons. pri. num.30.

Sed, & aduertendum est, quòd illa concessio Alexãdri facta fuit pro-
157 pter benemerita, † vt narratur ĩ proemio, & tunc interpretanda venit, vt omnia liberè donata sint, vt scripsit Dec.d.cõs.413.n.6.& Soc.iun.d. cõs. 102. num.18. vol.2.

Verumetiam fuit facta à Principe Principi, quo casu, tam lata, & benigna fit interpretatio, vt attẽta munificentia donatoris, & præstãtia donatarij, iudicãdum potius sit factam fuisse amplissimam donationẽ, quã
158 feudi concessionem, † Oldrad.cons. 159.n.5.vbi ait, quòd conditio donantis, qui erat Rex, & conditio donatarij, qui erat Princeps, faciunt, vt credatur potius Regem donare, quã infeudare voluisse, & ex eadem ratione idẽ affirmauit Dec.cons.269. colum.2.& d.cons.413.n.6.Rolan.cõs. 85.n.18.volu.4.Menoch. lib.3.præsump. 91.num.5.

Neque reseruatio census, aut seruitij præstatio quidquam huic sentẽ-
159 tiæ refragantur, † quoniam extat ad hæc respõsio ex traditis in primo capite, vbi abundè satisfactũ est, prout etiam respondet Menoch.d.præsũp. 91.num.14.& num.36.

Cum ergò ex prædictis appareat hũc Ducatum liberum esse, & allodialem, meritò cessat omnis difficultas, quia nemini dubium est, quin in patrimonialibus legitimati succedãt, nõ aliter, ac si legitimi ab initio nati fuissent.§.sit igitur licentia, aut. qui.mod.natu.effi.legi. Tũ etiã quia,
160 cũ iste † Ducatus peruenerit ad vltimum de linea vocatorum, nec reperiatur aliquis, cui dictum Ducatum restituat secũdum ordinem primogenituræ cõstitutæ ab Alexãdro, remanet penes ipsum sine onere, & de illo potest tanquam de allodiali ple-
161 nè disponere. † .l. qui solidũ. §. prædium, de leg.2.docto.l.quoties C. de fideicomm.Natt.cõs.470.n.4. Molin. de primig.Hispan.lib.pri.c.4. in princip.& cap.8.n.24. nec potest reuerti ad Ecclesiam, quia talis reuersio non fuit ab Ecclesia reseruata, & quod non est reseruatum, cẽsetur liberè remissum, vt per Bald.cons.311. nume. 3. volum. 3.

CONFVTATIO. XXV.

* Tertium caput subintrat, &c.* *Non potest iustè negari, quin Ciuitas Ferrariæ semper, & etiam à tempore Alexandri*
1 *VI. fuerit, & sit feudum † Ecclesiæ Romanæ, & sub proprietate, & directo do-*
2 *minio ipsius; non autem allodium, † vt appellat d.Consulens, vt ex serie facti supra narrati, & confessione ipsorum Estensium pluries emanata, vt supra apparet quod*

quòd etiam ex nostris Doctoribus,omissis libris Chronicarum,plures id affirmant,
3 *† & in specie Aluaro.in d.c.1.§.in feudo. sub num.4.de alien.feud.Brun.cons.114. num.193. Roder. Xuar. in repet.l.quoniam in prioribus.fol.314.sub nu.2.C.de inoff.test.Curt.iun.cons.104.in fi. & claræ mem.Silu.Aldob.cons.112.post prin. & in cons.factis pro Duce Ferrariæ super præcedentia contra Magnum Ducem Etruriæ, idem responderunt Hier. Gig.in cons.70.nu.172.Rimin.iun.consil.156.num.2.lib.2. & quòd Ferraria*
4 *fuerit, & sit de patrimonio † Beati Petri, & quòd Sedem Apostolicam recognoscat in dominam, & proprietariam, scripserunt tàm antiqui quàm moderni Docto.nempè glo.in auth.vt Ecclesia Romana. in ver.Petri.Bar.in l.1.§.1.nume.4.in fi.ff.de offi.præfect.Vrb.Fulgo.in l.quis sit fugitiuus.§.idem Celsus.nu.1. de edil.edict.Caccialup. in l.cunctos populos.sub n.6.vers.item Ferraria, & Marchia.C.de sum.Trinit.& fid.catho.Card. cons.2.sub num.2.Dec.cons.97. in prin. Ang.cons.93.sub num.3.vers.Ferraria autem. Ang.Aret in §.2.nu.4.in fi.Instit.de except.Rip.in c.cum M.Ferrarien. num.6. de constit. Corn. cons.261. in fi. lib.4. Soci.cons.92.sub num.12. & 15. lib.3. Alex. cons.112.nu.2.lib.4. Imol. in rubr.ff.de verb.oblig.colum.pen.in fi. Barba. in consil.40.sub nu.32.vers. cum ergo d. Marchio. lib.4. vbi subiungit,*
5 *quòd recognoscit † Papam in directum dominum, & quòd hoc apparet ex scripturis in Cancellaria eiusdem Ducis, Soci. iun.cons.60.num.18. lib.3. & cons.92. nu.7.lib.4. Restaur.de Imper.q.110.versic.7. Cephal.cons.167.nu.13.lib.2.addi.ad Corn. in l.maximum.C.de lib.præter.Natt.cons.638.nu.21.lib.3.Marzar.cons.26.nu.58.Port.Imol.cons.167. nu.33.Bertazol.in cons.ciuil.91.nu.14.*

Nec Bulla Alexandri Sexti impor-
6 *tat aliquam donationem † Ciuitatis Ferrariæ, & allodij constitutionem, vt ex aduerso asseritur; nec etiam quòd minus*
7 *est importat nouam Inuestituram † in personam Estensium de vtili dominij,sed si oculis iustitiæ inspiciatur,tria tantum-*
8 *modò in effectu continet, † nempè erectionem Ciuitatis in Ducatum, constitutionem ordinis primogenituræ inter descendentes Estensium, & diminutionem census ad ducatos mille in personas ibi expressas, quod facillimè ex probemio dignoscitur in ver. Et propterea dignum, & conueniens fore noscatur. Et ibi Papa specificè exprimit,quod intendat facere, & nihil omnino dicit,quòd velit Ferrariam, & alias Terras donare Estensibus; sed quòd vult Ferrariam ipsam, Herculem, filios, & nepotes gratijs, fauoribus,honoribus, & prærogatiuis decorare,ac à tanto census onere releuare; ex*
9 *quo quidem probemio † declaratur intentio ipsius disponentis, quòd id solum facere voluerit, ad l.fin. & ibi Bar. de hæred instit. cum vulg.*

Id etiam in principio eiusdem probemij colligitur, vbi redditur ratio, & causa, quæ mouet ipsum Papam, Videlicet quia conuenit, quòd Ciuitates, & loca Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & personæ, quæ loca ipsa in Vicariatum sub eadem Romana Ecclesia obtinent, condignis gratijs, commoditatibus, honoribus, ac dignitatum titulis extollātur, ad effectum, vt loca prædicta Sanctæ Romanæ Ecclesiæ

clesiæ prosperè, & fideliter, ac in pacis dulcedine gubernare, & conseruare, protegere, & defendere procurarent. Ecce ergo, quòd vult facere illas gratias ad hoc, vt Ciuitatem, & loca, tamquàm loca Sanctæ Rom. Ecclesiæ regant, & gubernent; non autem vti propria, & allodia-
10 *lia † habeant; Nàm si vti talia donasset, & concessisset; vtiq; nulla vtilitas, neq; commodum ad fauorem Romanæ Ecclesiæ ex tali gubernio resultaret; quia*
11 *qui habet, vt allodium, † habet ad commodum proprium, & non alicuius alterius, Hosti. in c. nimis, de iureiur. Soci. iun. cons. 75. nu. 22. & seq. lib. 1. Decian. consil. 59. num. 191. lib. 3.*

12 *In eodem etiam prohemio † redditur alia ratio, quia scilicet ex melioramentis, & expensis factis in ipsa Ciuitate, & locis per Herculem, & quæ in dies facere non desinit, ius ipsius Ecclesiæ Romanæ non immeritò adauctum satis dici potest; & propterea dignum etiam ipsum à tanto censu onere subleuare. Nàm si donasset, vtiq; ex istis melioramentis, & expensis, quas indies faciebat, ius Ecclesiæ Romanæ nō augeretur, sed potius Alphonsis*
13 *cùm melioramenta † rem ipsam, & dominium sequantur, l. domos. cum duabus ll. seq. de leg. 1. l. sed quid si edificauerit. in prin. & vtrobiq; Docto. de vsufr. Alex. consil. 123. num. 11. lib. 1. Bellon. consil. 65. num. 12.*

Et quòd ipse Alexander noluerit alterare id, quod fecerat Sixtus, constat etiā ex eo, quod ipse narrat, quòd Sixtus concesserat Herculi, filijs, & nepotibus vsq; in tertiam generationem, & ipse pariter concedit Herculi, filijs, & nepotibus, nec dicit quòd donet perpetuò, nec pro hæredibus, & successoribus, prout
14 *donantur res allodiales, † quæ ob id ad successores singulares transeunt, & in extraneos alienari possunt, Alex. consil. 193. col. 1. lib. 2. Dec. cons. 171. num. 5. vers. vel pro successore. Soci. consil. 266. num. 37. lib. 2.*

Non etiam dicit aliquid, quòd donat Ciuitatem ipsam, & alia Castra, neque illorum directum, vel vtile dominium, vel proprietatem, quæ verba solent exclu-
15 *dere Feudum, & isti sunt termini † cons. Oldr. 159. nu. 3. & 4. & sequacium, qui ex aduerso citantur, vel important libe-*
16 *rationem feudi † ab omni seruitio, & homagio, Bal. in l. si plures. nu. 7. C. de cond. inser. Alex. consil. 30. ante fin. vers. & quando est actum. lib. 1. cum alijs adductis per Cephal. cons. 1. sub nu. 2. Sed dicit tantùm modo, quòd Herculem, filios, & nepotes facit, constituit, & creat Duces ordine infrascripto. Vndè cōstat, quòd*
17 *intentio sua fuit tantùm dare † ordinem primogenituræ in ipso Ducatu; non etiam immutare inuestituram Sixti in substantialibus, quæ in dubio immutata non cen-*
18 *setur, † nisi id expressè dicatur, Cald. cons. 11. tit. de feud. Natt. consil. 114. nume. 7. Aym. de antiq. temp. par. 5. nu 21.*

Quibus stantibus, nihil faciunt ponderata ex aduerso, Videlicet, quòd Alexander det Herculi plenam, & liberam
19 *iurisdictionē; quia ista sunt verba, † quæ sunt solita apponi in omnibus feudalibus inuestituris, vt constat ex Iacob. de Sancto Georg. in sua Inuest. feud. in verb. cum mero, & mixto Imperio. Papien. in for. libell. in act. confess. seruit. in glo. plenam, & omnimodam iurisdictionem. quia in*
20 *concessione † Castri, vel Ciuitatis simpliciter*

citer

citer facta, semper subintelligitur, cum plena, & libera potestate, & iurisdictione, Bar. in l. 1. §. cum Urbem. per illum Tex. colum. 1. vers. & hoc collige, quòd si Papa. ff. de offi. Praefect. Vrb. Bal. in c. 1. §. Item si quis. col. 1. vers. quòd hi. quib. mod. feud. amitt. Cels. Ugo tract. clausul. tit. de clauf. rescript. vers. cõmitto tibi Castrum.
21 *nàm diuersae res sunt † allodium, & mera proprietas ab ipsa iurisdictione, imò intra se nihil habẽt commune, adeò quòd nunquàm à dispositione facta circa iurisdictionem possit inferri ad ipsamet allodia, Tex. est formalis in c. hac aedictali. §. ad hoc. de pac. constan. & in c. vni. de allod. Bal. in l. si a procuratore. C. mand. Petr. Rauen. tracta. de feud. in c. 1. de allod. Frãc. Salson. in lucern. feud. in praelud. 1. num. 2. ibi quia allodia. Io. Ferra. Mont. in collect. ad vsus feud. lib. 5. cap. 7. vers. consequens itaq; est.*

Praeterea est aduertendum, quòd illa verba non referuntur ad Herculem tantum, sed etiam ad Ferrariam ipsam, & Ducatum Ferrariae, vt ibi, Statuentes, & ordinantes, quòd Ciuitas ipsa Ferrariae deinceps perpetuis futuris temporibus, Ducatus Ferrariae, & tam Hercules, quàm filij & nepotes praedicti, gaudeant omnibus insignijs, iuribus, honoribus, & praeeminentijs, plena quoq; libera, & omnimoda Ducali dignitate, potestate, & iurisdictione. Vnde sicut respectu Ferrariae non possunt haec verba importare donationem ipsiusmet Ferrariae, & illius dominij proprietatem, ne dicamus Ferrariã esse donatam ipsimet Ferrariae; sic nec etiam possunt importare respectu ipsius Herculis, & filiorum, arg. l. iam hoc Iure. de vulg. & pup. intelliguntur ergo haec verba de Ducali dignitate, potestate, & iurisdictione, vt sit concessa Ciuitati, & personis inuestitis cum illa forma Inuestiturae, qua prius per Sixtum IIII. in eius inuestitura, cui derogatum non censetur, nec illa innouata,
22 *nisi id expresè † actum reperiatur, Paul. de Castr. d. cons. 170. lib. 1. cum alijs per Silu. Aldob. cons. 42. col. pen. & fin. Et*
23 *sic non applicatur † cons. Paul. de Castr. 164. nu. 8. lib. 2. Ruy. cons. 38. num. 2. lib. 1. & alij ex aduerso citati, quia loquuntur, quando donatur res ipsa libera, & pleno iure, de quo hic nullum verbum.*

Sic etiam refellitur altera ponderatio facta in ver. Quae omnia, tenores, & effectum eorum pro expressis habentes, eidem Herculi, filijs, & nepotibus harum serie. de vlterioris dono gratiae, plenissimè potiori pro cautela cõcedimus, donamus, & elargimur. Nam cùm supra nullam omninò mentionem fecerit de Ferraria, neq; de illius dominio, sed solùm de insignijs, honoribus, & dignitatibus; illa re-
24 *latiua, † quae omnia, nõ possunt referre id, quod expressum non fuit, sed ad expressa tãtum restringuntur, l. Stichus qui meus erit. vbi not. de leg. 1. Bar. in l. si quis seruum. §. fin. nu. 4 & seq. de leg. Alex. cons. 112. nu. 2. vol. 6. maximè quia dicit, potiori pro cautela, nam si ibi donasset explicitè, non opus fuisset, quòd id faceret pro cautela potiori, cum nunquàm prius id factum fuisse reperiretur.*

Quae magis sunt dicenda, quia ad hoc, vt dicatur Ecclesiam voluisse donare iurisdictiones, & directum dominium suarum Ciuitatum praesertim insignium, verba debent esse multum clara, & aperta;

Nam

Nam aliàs semper fit interpretatio, quòd
25 *Ecclesia velit potius infeudare † iurisdictiones, & Ciuitates suas, quàm donare, vt dicit Bal. in c. ad audientiam. nu. 5. de præscrip. Ias. in l. si prius. sub nu. 42. vers. limita prædicta. de no. oper. nunci. Ruy. cons. 12. num. 7. lib. 1. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 3. in fi. Gabr. in tit. de Iud. conclus. 3. nu. 4. maximè quia hic nulla suberat iusta causa necessitatis,*
26 *vel vtilitatis Ecclesiæ, † ob quam Alexander donare voluerit tam insignem Ciuitatem cum tot Castris, & Terris, quæ tamen est necessaria etiam in Summo Pontifice, c. non liceat. vbi Archid. post prin. 12. q. 2. Abb. in c. cum venissent. sub num. 8 vers. dicit tamen Archid. de iud. & in c. constitutus. nu. 16. de relig. domi. Feli. in c. ad audientiam. nu. 1. & 2. de præscript. Iacobat. de Conc. lib. 7. artic. 5. fol. 478. vol. 1. Nauar. in tracta. de spol. cler. §. 2. in 3. not. & §. 4. & in tract. de indulgen. art. 15. cap. 2. & in tract. de reddit. Eccles. q. 1. in monit. 40. num. 6. & 10.*

Quæ omnia benè, & clarè declarauit obseruantia sequens, cùm semper postea fuerit habita Ciuitas, & Status pro feudo Ecclesiæ, & Duces illius pro veris vassallis ipsius Ecclesiæ. Nam mortuo Ale-
27 *xandro VI. statim Iulius II. † in Bulla processus vocat Alphonsum Vassallum, & vti talem declarauit illum rebellem, ac in crimen lesæ maiestatis incidisse, & propterea Ciuitatem Ferrariæ cum alijs feudis deuolutam fuisse, ad Sedem Apostolicam, quæ fieri non potuissent, nisi ipse*
28 *Alphonsus † ratione dictæ Ciuitatis, & aliorum Castrorum fuisset subditus, & vassallus, Clem. pastoralis & ibi not. de re iud. & in extrauag. qui sint rebelles, Alber. & alij in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. cum alijs per Paris. consil. 101. num. 33. volum. 1.*

Successiuè Leo Decimus, mortuo Iulio, Alphonsum supplicantem, & humiliter petentem absoluit ab huiusmodi criminibus rebellionis, & lesæ maiestatis, quod pariter operatur confessionem vassallagij
29 *† iuxta glo. in c. venerabilem. in ver. postulauit. de elect. Bar. in l. decem. de verb. oblig. Alba. qui de communi testatur, consil. 34. num. 5. prout etiam quia idem petijt, & obtinuit ab eodem Leone restitui, & reintegrari ad Ciuitatem Ferrariæ, & alia feuda, quæ ab Ecclesia Romana obtinebat; nam cùm alia non haberet,*
30 *† perinde est, ac si tunc specialiter confessus fuisset, quòd ista ab Ecclesia habuerit, arg. l. 2. de lib. & posthum. Bar. in l. si domino. de leg. 1. Abb. in c. ex parte. el. 1. nu. 6. de offi. deleg. Cassad. decis. 5. nu. 1. de seq. poss. & fruct.*

Deinde illinc ad nõnullos annos idem
31 *Leo Decimus † non solum iterum declarauit ipsum incidisse in pœnas rebellionis, & criminis lesæ maiestatis, sed quod clarius est, declarauit Ferrariam, & alia Castra eiusdem districtus liberè ad Ecclesiam Romanam deuoluta, & reuersa*
32 *fuisse, quod significat cum directo † dominio consolidata fuisse, l. quisquis. C. de omn. agr. deser. lib. 11.*

Mortuo Leone successit Adrianus, qui fecit certas capitulationes cum Alphonso, ad quæ etiam sese obligauit Her-
33 *cules, in quibus † in specie in cap. 6. se obligat ad omnia, ad quæ vassallus ligius tenetur, quod sufficit ad effectum feudi ligij, quàmuis non fuerit ita expressè nuncupatum,*

cupatum, vt est decis. Mohed. 282. incip. An feud. Ant. Aug. in epit. tit. de feud. §. 7. Et fuit etiam conuentum, quòd Alphonsus, & successores deberent seruire
34 *† cum certa quãtitate militum, & armatorum; quod feudo etiam propriè conuenit, & adaptatur, c. 1. in fi. & ibi Aluarot. colum. 5. ex quib. caus. feud. amitt. Curt. iun. in tract. de feud. in rubr. de substan. seu requis. feud. nu. 10. Petr. de Georg. in tract. de dot. & de parag. q. 22. vbi dicit, quòd seruitium militare est onus*
35 *reale ipsius feudi, & hæc capitula † fuerunt præseruata in literis Pauli Tertij; In supplicatione postea per ipsum Alphon-*
36 *sum porrecta Clementi VII. † dicit Beatissime Pater. Cùm Alphonsus Esten. Dux Ferrariæ, deuotissimus S. V. vassallus.*

Post Adrianum, & Clementem Paulus III. fecit etiam quasdam capitulationes cum Alphonso, quæ idem probant; Tùm quia eum æquiparat alijs Ducibus
37 *vassallis, † & consequenter feudatarijs, Ias. in prælud. feud. num. 32. Tùm etiam quia inducit caducitatem in casibus à iure permissis; & tamen caducitas de iure non datur, nisi vbi directum dominium cum vtili consolidari debet, ex natura contractus potiusquàm in pœnã, Bal. in l. 2. sub nu. 15. vers. in contrarium. C. de iur. emphyt. & in l. placet. nu. 3. C. de sacros. Eccles.*

Vlterius idem Paulus in eius Bulla,
38 *† qua Alphonsum supplicantem, & petentem reintegrat, & restituit, dum facit mentionem de literis Alexandri VI. nuncupat illas, inuestituram, non autem donationem, vt ex aduerso dicitur, & cùm in hoc interueniat ipse Alphonsus, qui in dictis literis supplicauit, resultat*
39 *eiusdem Alphonsi confessio, † quæ optimè probat feudum, Alex. cons. 29. nu. 5. lib. 5. Ruy. cons. 108. nu. 19. vol. 2. Quin etiam idem Paulus eundem Alphonsum supplicantem & acceptantem de nouo inuestit de Ducatu, & Terris huiusmodi;*
40 *quòd facit, vt non amplius † ius antiquarum Inuestiturarum, sed illius tantum attendatur, Afflict. in c. 1. nu. 20. in tit. de vassal. decrep. ætat. etiam si es-*
41 *sent verba † reintegratoria, & restitutoria, ex quo adest noua Inuestitura, Caputaq. decis. 112. lib. 2. & cùm de Inue-*
42 *stitura † mentionem faciat, hoc ad feudum propriè adaptatur, c. per tuas. de donat. c. 1. §. vlt. de feud. cognit. Innoc. in c. veritatis. de Iureiur. Afflict. in d. c. 1. nu. 28 5. Ruy. d. cons. 34. num. 7. & cons. 42. colum. 2. ver. ex lib. 1. Gozad. cons. 8. nu. 8. Bero. cons. 65. nu. 83. lib. 1.*
43 *Adsunt etiã quàmplurimæ literæ † missiuæ, in quibus semper, quando isti Duces scribebant Summo Pontifici, se subscribebant Seruitorem, & vassallum; Item Al-*
44 *phonsus † sub Leone Decimo in quadam sua litera scripta Imperatori contra Leonem Decimum apertè dicit ista verba; Perche essendo io Feudatario di Santa Chiesa, &c.*

Eademque pariter obseruantia feudi
45 *probatur, quia semper pro Ferraria † fuit solutus canon, quem licet Inuestituræ appellent censum, tamen re vera est canon, vt habetur in capitulis Pauli Tertij, vbi dicitur census, seu canon, & fit etiam*
46 *mentio de caducitate, † Abb. in c. constitutus. nu. 21. de relig. domib. vltra quòd hæc verba promiscuè ponuntur, & non attẽditur tenor eorum, sed alia pacta, & sub-*

47 *substantialia † contractus, vt post Abb.*
in d.c.constitutus, nu.4. Rot.diuers. decis.
703. num.2. par.1.
48 *Iuramentum etiam fidelitatis † pro-*
bat eandem obseruantiam feudi, Abb.
cons.82.nu.3.lib.1.Ias. in prælud.feud.
nu.28. Curt.iun.in tract.de feud.par.1.
q.6. Ruy.d.cons.34.nu.7.lib.1. Taris.
cons.13.nu.34.lib.1. nam substantialia
49 *feudi † potius consistunt in fidelitate,*
quàm in seruitijs, & solutione census,
Andr.de Iser. in c.1.ex quib. caus.feud.
amitt. & in c.1.§.similiter.de Cap. qui
cur.vend. Decian.cons.19.nu.212.lib.3.
Maximè iunctis alijs, quæ ad idem ten-
dunt, Dec.cons.413.nu.7. Rolan.à Vall.
cons.85.num.55.& 59.lib.4.

Sed quæ melior obseruantia, & de-
claratio potuit oriri, quàm ex facto vlti-
50 *mi Ducis Alphonsi, † qui tempore fel.*
record. Gregorij XIIII. accessit ad Vr-
bem, supplicauitq; Summo illi Pontifici,
ac toto cetui Cardinalium pro noua in-
feudatione, & inuestitura pro persona
per eum nominanda? Si enim fuisset al-
lodium, vel durasset generatio in perso-
nam Cæsaris, vtiq; hoc non potuisset fie-
ri in præiudicium ipsius Cæsaris, cùm
51 *antiqua donatio † in præiudicium voca-*
torum non potuisset mutari, & alter in-
uestiri, Brun.cons.12.num.129.Gozad.
cons.1.nu.13. Rimin.iun. cons.62.num.
19. Et quòd etiam plus est, de præterito
52 *anno † misit Oratores, & Nuntios ad*
supplicandum Sanctissimo Domino No-
stro Clementi Octauo, pro prorogatione
inuestituræ vsq; ad tempus, quo vita
ipsius secundù regulā iuris potuisset æsti-
mari. Constat ergo ipsum Alphonsum,
& cæteros possedisse, & obseruasse inue-
53 *stituras huiusmodi, non tāquàm de † al-*
lodio, sed tamquàm de feudo, & conse-
quenter declaratam fuisse omnem ambi-
guitatem, si qua fuisset, quæ tamen re ve-
54 *ra non extat † in inuestitura Alexandri*
VI. l.minimè.de leg.c.cum dilectus. &
ibi Ant.de Butr. de consuet. Aym.consil.
55 *101.nu.4. Nam ex sola possessione † rei,*
vti feudalis, probatur feudum, Clar. in
§.feudum.q.19. in fi. Andr. Gail.lib.2.
practi.obser. cap.69. num.6.

ALLEGATIO.

* Et quoties sumus * in allodialibus,
donatio facta pro se, & descendenti-
162 bus non tamen finita linea † reuer-
titur ad donātem, sed libera manet,
vt aduersus Soc. iun. & Thom.Doc.
trad. nouissimè distinguendo opin.
Peregr. de fideicomm. art.51.n.21.
Sed & præterea libet addere, quòd
hanc fortasse intelligentiam secutus
est Carolus Quintus, dum in laudo
suo condemnauit Clemen. VII. ad
faciendum inuestituram Alphonso
primo pro se hæredibus, ac succes-
soribus; nam si non habuisset hunc
Ducatum pro libero, & transitorio
ad quoscunq; hæredes, non erat, cur
apponeret verba illa, pro hæredibus,
163 & successoribus, † quæ efficiunt, vt
res in singularem successorem trans-
ferri possit, vt post Alex.Soc.& al. re-
spondit Menoch. d. cons.191.n.10.
quod etiam in feudo procedit, nam
si concedatur pro hæredibus, & suc-
cessoribus, potest liberè in quoscun-
que alienari, vt per eundem Menoc.
cons. 216.n.24. & consil.503.n.30.

vbi quod feudum non dicitur deuo-
164 lutum † per lineam finitam, quando cōcessum fuit hoc modo, Berett.cōs. 78.n.13.& n.24. vbi ampl. etiam si additum sit pro masculis. Cum itaq; Dux modernus sit vocatus ex testamento Ducis Alphonsi eius aui laudum hoc, quod transiuit in iudicatum, efficit, vt comprehendatur in eiusmodi verbis.

Nec dubitādum est, quin laudum cōtra Clementem latum præiudicet successoribus in Apostolatu, doct. in
165 c.quia V. de iudi. † vbi quòd instantia, & sententia transit in successorē, in dignitate, & in terminis terminantibus scribit Quintil. Mandos. in rep. c. pri.n.12. de probatio, vbi etiam subijcit,
166 † se de mandato summorum Pontificum Pauli III. Pauli IIII. & Pij V. circa merita dicti laudi insudasse, ac laborasse.

Neque obijciatur Carolum V. statim subijcere de inuestitura facienda iuxta formam solitam, & consuetam, & ita remanere adhuc concessionem pro descendentibus, nam respondeo.

Primò, quod si pro illis tātum in-
167 telligi oporteret, † adhuc non ad donantem reuerteretur, sed in potestate Ducis Alphonsi fuisset, vt supra dixi.

Secundò, quòd hæc interpretatio nequit subsistere, nam cum verba clara sint, quibus hæredes, & successores comprehenduntur, non potest rela-
168 tio † fieri ad ea, quæ in specie expressa fuerunt. l. sed & si per prætorem. §. deinde. ff. qui ex cau. maio. l. doli, clausula. de verb. oblig. Roma. cons. 152. n.3. Crau. cons. 443. n.39.

Respondetur, & tertiò, relationem non operari ad tollendum ea, quę iam concessa fuerant, ne alioqui
169 cōtrarietas, † & correctio sequatur, vt post Bal. & al. trad. Crau. cons. 800. n. 12. & cons. 883. n.2. cum al. qui afferri possent.

Non obstant conuentiones factæ inter Paulum III. Pontificem maximum, & Ducem Herculem II.

Primò enim respōdeo, quòd quatenus obesse possent iuri quæsito ex præcedentib. bullis Summorū Pontific. non procederent aduersus Ducem, qui nullum ius ducit ab Herculе II. sed nititur conuentionibus antiquis, nec tenetur habere ratum factum defuncti, quod tendit in dimi-
170 nutionem eius status, † Docto. in c.1. de probatio. & in indiuiduo horum capitulorum Crau. cons. 983. n.41. qui & alio modo satisfacit sub.n.23.

Secundò etiam respondeo, quòd capitula hæc, etiam si D. Cæsar hæres esset Herculis, non resistunt, nam etsi in capitulo tertio dicatur de inuestitura facienda Ducatus Ferrariæ, & aliorum locorum, tamen non ob id iudicare debemus, quòd feudū euaserit: quando, inuestitura, est vox cōprendens quamlibet speciem translationis, siue ex feudo siue ex donatio-
171 ne, locatione, † vel alijs titulis, Alcia. resp. 5. n. 56. lib. 3. cum quo in eadem facti specie responderunt Paris. Grat. Soc. iu. Gozad. & al. qui concludunt Marchiā Montisferrati non esse feudalem, quamuis de inuestitura mentio

tio facta fuisset, & inuestire dicitur
172 quasi vestire, † & rem concedere, vt post Plautum, & alios trad. Meno. resp. 2. causæ Finariens. art. 4. nu. 34. Et quandoq; in Bullis antiquis vicariatus ponitur vox hæc, inuestituræ, vt in Bulla Martini V. anno 1431. & tamē certum est Vicariatum non esse feudum, vt sup. dixi.

Tertiò non obstat, quod subijcitur cap. 6. eiusdē conuentionis, quòd Dux, & eius successores teneantur ad ea, ad quæ Duces vassalli tenentur, nam non ex hoc inferre possumus,
173 quòd sint vassalli, cum aliud sit † esse talem, aliud haberi pro tali, l. si maritus. §. legis ad l. Iul. de adulter. vbi Bar. faciunt trad. per Crau. cons. 920. n. 3. vbi si dictum sit, aliquos teneri exercitui, & caualcare prout in franchisijs, nō ob id infertur quidquam ex illis verbis.

Rursus cum Vicariatus, & Ducatus fuerint semper à Summis Pontificibus, quin & ab ipsomet Paulo 3. confirmati, qui vt sup. plenius ostensum fuit, diuersam naturam sortiuntur à feudo, non sequitur, Duces tenentur ad ea, ad quę vassalli, ergo Ducatus est feudum, quoniam hæc obli-
174 gatio respicit personas, † non autem Ducatū, qui potest haberi iure proprio, sic Soc. cons. 67. vol. 1. censuit aliud esse bona concedi in feudum, aliud concedi Comitatum, & Isern. in c. 1. de feud. March. inquit Papam fecisse Marchiones in Marchia Anconitana, Ducem in Ducatu Spoletano, Comitem in Romandiola, & Campania, & tamen has dignitates non esse feudales, & sequitur Menoc. cons. 1. n. 38.

Et quòd partes non intellexerint ex his verbis resultare feudum, satis apparet ex his, quæ sequuta fuerunt, cum numquam nec ab ipso Hercule, nec à successoribus aliqua inuesti-
175 tura fuerit suscepta, † quod necessarium fuisset, si feudum remansisset, vt arguit Soc. iun. cons. 76. n. 56. vol. 1. Grat. resp. 9. n. 133. in pri. Gozad. cons. 8. n. 21. Paris. cōs. 23. n. 5. in pri. Meno. cons. 191. n. 16. vbi ex aliorū sententia ostendit hoc multo magis procedere, quando nulla vmquam feudi mentio facta fuit, vt in casu nostro.

Amplius si diceremus dispositionem hanc, qua Duces, & successores tenētur ad ea, ad quæ Duces vassalli, reducere hūc Ducatum ad feudum, tolleretur natura, & substantia huius Ducatus, induceretur q; repugnātia, cum tamen ex ipsismet capitulis fiat relatio expressa ad bullam Alex. 6. quo fit, vt dispositio mandans aliquid ad instar alterius non procedat in his, quæ repugnant naturę ac substantię rei, quæ alteri assimilari de-
176 bet, † de quo latè Horat. Mandos. in tract. de priuil. ad instar, gl. 8. p totū.

CONFVTATIO. XXVI.

* Et quoties sumus, &c. * *Hæc verba laudi, pro se, & hæredibus, ac successoribus, quia non dicunt, quibuscūq;, non faciūt, vt propterea censeantur comprehensi*
1 *† extranei hæredes, & de illis Carolum sensisses*

sensisse; sed solum de descendentibus sanguinis, Imol. in l. ex facto. nu. 14. in fi. de hered. instit. Alex. cons. 23. num. 4. lib. 1. & consil. 5. nu. 9. vol. 2. Dec. in c. in praesentia. sub nu. 48. vers. sit ergo conclusio. de probat. & cons. 171. in prin. Soci. iun. consil. 71. nu. 3. lib. 1. Gozad. cons. 39. nume. 6. vsque ad 17. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17. num. 5. Clar. in § emphyteusis. q. 28. vers. 3. est casus. Suarez. recept. sent. in verb. emphyteusis. nu. 5. Viui. de cõm. opin. lib. 1. concl. 99. praesertim cum dicat, iuxta formam solitam, quae erat illa Sixti
2 *† pro se, & nepotibus ad tertiam gene-*
3 *rationem; & illa Alexandri † pro se, & nepotibus; cùm referens restringatur, & corrigatur semper secundum suum relatum,*
4 *etiam si sint † diuersa, vel contraria, vt dicit Alex. cons. 9. vers. & haec saltem in casu nostro. lib. 5. Dec. in auth. si quis in aliquo. sub nu. 4. vers. 2. restringitur. C. de eden. & cons. 63. sub num. 6. vers. nec obstat, quòd verba. Paris. cons. 7. nu. 4. cum seq. lib. 3. & cons. 94. num. 2. cum seq. lib. 1.*

ALLEGATIO.

* Quartũ caput * aggredior, in quo dicẽdum est, quòd etiam si versaremur in feudo (quod toto pectore negamus) tamen Dux Caesar tamquã existens in linea, & generatione vocatorum in Bulla Sixti Quarti ad hunc
178 Vicariatum veniret.

Pontifex enim ipse, relato tenore concessionis Ioannis xxiij. qui nedũ naturales, sed quemuis defectum patientes muitauerat, per haec verba loquutus est. Te in praefata Ciuitate nostra Ferrariensi Vicarium, & post mortem tuam filios, & nepotes tuos legitimos, & naturales vsq; in tertiã generationem Vicarios in temporalibus generales facimus.

Retenta igitur conclusione superius facta, quòd in nihilo per Sixtum abrogatum fuerit ius legitimatorũ, quinimò potius ex relatione ad Bullam Ioannis xxiij. tacitè repetitum, concludendum est, ipsum Ducem vti existentem in tertia generatione comprehensum dici.

Et si enim non modica sit inter Doctores altercatio, An concessio vsque ad tertiam generationem pronepotes cõtineat, qualis est Dux Caesar, An verò cum nepotibus finiatur; tamen in casu nostro res est clarissima ex infrascriptis.

Primò quia absolutè etiã loquendo verior, & receptior videtur opinio, Quòd concessio simpliciter fa-
177 cta vsq; † in tertiam generationem comprehendat pronepotes. Quicquid aliàs distinxerit Bart. vt p Clar. § emphyteusis q. 34. vbi quòd, si connumerẽtur auctoritates, opinio Bart. erat magis communiter reprobata, vt scilicet quomodocunq; fiat mentio tertiae generationis, excludatur persona recipientis, cui addo apostillatorem ad Alex. cons. 125. vol. 3. qui inquit † tenentes cõtrariam opinionem loqui contra sensum communem, & grammaticalem. Rui. cons. 166. n. 7. vol. 1. Dec. cons. 624. in princ. & simm.

Secundò quoties in concessione sepa-

separata est persona recipientis ab ipsius generatione, vt in illis verbis, & post mortem tuam filios, & nepotes vsque in tertiam generationem, receptior videtur sententia, vt pronepotes includantur,

179 potes includantur,† Bal.auth.si quas ruinas.n.3.C.de sacrosan. Eccles. vbi distinguit, An emphyteusis concessa fuerit Titio in tertiam generationem, & tunc persona recipientis cōputetur, an verò vsq; in eius tertiam generationem, & non comprehendatur: & hanc opinionem dicit cōmunem Bello.cons.80.n.7.vbi quādo personæ sunt distinctæ, numquā recipiens continetur, † & idem ait

180 Clar.d.§.emphyteusis.q.34. Gab. de iure emphyt.concl.4.n.4.Bero.cons. 109.num.15.& infra vol.1.& magis communem trad. Burs. consil.368. num.19. cum alijs, qui in hanc rem afferri possent.

Quòd si ex vnica dictione, eius, voluerunt Docto. resultare separationem personarū; profectò in casu nostro versabimur extra omnē difficultatem, quando Summus Pontifex meminit tertiæ generationis post mortem Herculis: & ità præcisè separauit concessionem patris ab illa descendentium, quod non accidit in alijs formulis concessionum, quas considerant Doctores.

Tertiò quoniam in hac Vicariatus dispositione cessant rationes à Doctoribus allatæ aduersus inclusionem pronepotum, quæ consistūt in eo, quòd iure communi emphy-

181 teusis terminatur in nepot.† §. emphyteusim. auth. de alien. & emphy. Cœphal. consil.582. per totum, & Gabr.cons.38.in prin.vol.2. Cæterum cum iure communi nulla forma sit præscripta Vicariatui, & quem ostendi esse officium, non autem feudum, vel emphyteusim, & regulari potius à forma bulla-

182 rum, sequitur quòd dictio illa, † Vsq; in tertiam generationē, debeat accipi inclusiuè, prout sumitur in determinatione graduum, siue sit dispositio fauorabilis, siue odiosa. Bar.l. patronus.§.1.de leg.3. Alex. d.cons.125.n.10.vol.3.Gozad. cōs. 25.num.17.

Hiscè illud addendum est, quòd cum nepotum appellatio comprehendat propriè pronepotes, vt per Alex.d.cons.125.n.13.Doctores l. Gallus.§.instituēs, de lib. & posthu.

183 Bero.d.cons.109.n.17. vol.1.† nimirum si addita illa clausula, vsque in tertiam generationem, quę alioqui superflueret, faciliùs includerentur pronepotes.

CONFVTATIO. XXVII.

* Quartum caput, &c. * *Communis est*

1 *† distinctio, quam post Bart. in auth. defuncto. colum.1.& seq.C.ad Tertull. facit Bal. in auth. si quas actiones. sub nu.3. vers. iuxta hoc quæro.C. de sacrosan. Eccles. et in l.2.n.6.C.de iur.emphyt. quòd si est dictum simpliciter, vsq; ad tertiā generationem, tunc prima generatio, præsertim*

2 *in concessione Ecclesiæ, † quæ non solet dare nisi in tertiam generationem, incipiat ab ipso primo acquirēte secus si fuerit dictū vsq; in eius tertiā generationē, sequitur*

tur Ias.in d.l.2.nu.106. Alex. in l.quod dicitur. num.27. de verb.oblig. & consil. 100. num.11. lib.3. & testatur Bellon. cons.80. nu.7. & fatetur Clar. quamuis ipse contrarium opinetur, in § emphyteusis. q.34. Gabr. in tit. de emphyt. concl.4. Cephal. cons.582. nu.24. Gabr. cons.88. in prin. Menoch. cons.115. nu.28. lib.2. &
3 *in terminis de feudo † tenet Curt.iun. in tract. de feud. in 2. part.3. prin. nu.51. & tenuit Rot. per Caputaq. decis.17. par.2. in impress. vbi n.4. dicit, quòd pro ista parte sunt Doctores maiores numero, & auctoritate, & rursus decis.112. la 2. lib.2. quod non habet difficultatem isto*
4 *casu, vbi fuit facta specialis mentio, † de filijs, & nepotibus, quò fit, vt in istis contractibus non veniant pronepotes, per Paul. de Castr. in istis terminis, in consil. 338. sub nu.2. vers. præterea Bar. lib.2. Soci. cons.25. num.5. lib.1. Cephal. d. cons. 58. nu.24. quin etiam si fuisset dictum,*
5 *† pro se filijs, nepotibus, & liberis; adhuc illud verbum, liberis, quod est aptum*
6 *referri † ad omnes in infinitum, l. liberorum. de verb. signif. restringeretur per illam specificationem filiorum, et nepotum, & non venirent pronepotes, Bar. in l. vt iusiurandi. § si liberi. num.4. de no. oper. nunci. Alex. cons.44. nu.1. & cons.128. num.6. & 180. nu.12. lib.1. Bero. cons. 109. num.2. lib.2. & ideò non faciunt, quæ in contrarium citantur, Videlicet,*
7 *† Ruy. cons.166. num.7. volum.1. Dec. cons.624. in prin. Tùm quia, vt dixi, eorum opinio est contra communem; Tùm etiam quia loquuntur, quando fuit dictum, vsque in ipsius tertiam generationem. & sic in alio capite distinctionis, in quo non sumus.*

8 *Non obstant etiam illa † verba, & post mortem tuam, quia sunt posita ad demonstrandum, quòd filij, & nepotes non debent concurrere cum ipso acquirente; sed gradatim post mortem ipsius Alphonsi succederent. Nam illa verba sunt adiecta ad filios, & nepotes, quia in contra-*
9 *ctibus † non comprehenduntur pronepotes, vt per Paul. de Castr. & Soci. vbi supra; non autem sunt adiecta, neque ap-*
10 *posita ad tertiam generationem, † quæ venit consecutiuè ad expressionem factã de filijs, & nepotibus, Cephal. d. consil. 582. nu.14. post Paul. d. cons.338. col.2.*

Vltra quòd nec hæc quæstio hìc cadit, nec est necessaria; cùm ista concessio Sixti
11 *Quarti † sit restricta ad filios legitimos, & naturales, quorum appellatione non*
12 *venit † nec Alphonsus, nec Cæsar eius filius, quamuis legitimus, etiam si in generatione fuisset comprehensus; vt supra ostensum fuit.*

ALLEGATIO.

* Quintũ caput eo spectat, * quòd & si fateremur hunc Ducatum esse feudalem, de qua re sæpius dictum est, adhuc tãquàm feudum improprium, & censuale spectaret ad Serenissimum Ducem, cùm enim pro eo præstetur seruitium reale, quod consistit in censu scutorum septem millium, vtique in eo comprehendũtur personæ inhabiles, veluti fœminæ, Clerici, legitimati, & multo magis ipse Dux legitimus, & naturalis, quamuis progenitus ex legitimato.

Est

Est enim feudũ huiusmodi, pro quo annua pensio soluitur, impropriũ, & potius locationi, & emphyteusi æquiparatur, quod Bal. trad. in
184 c. quæ in Ecclesiarum, † n. 13. de cõstit. Rui. cons. 24. n. 6. vol. 1. Neuiz. cons. 92. n. 22. & de communi amplè Menoch. cons. 65. n. 4. & infrà, & in eodem casu Cœpha. cõs. 560. n. 22. vbi quòd feudum hoc nõ subiacet regulis feudalibus, & in eo
185 admittũtur, † fœmina, & alij inhabiles. sic & idem Cœpha. cons. 1. nu. 22. tradiderat in feudo cõditionali succedere Clericũ, & de muto, vel aliter imperfecto Siluan. cons. 3. n.
186 59. & quòd, etiã † extranei admittantur, scribit Natt. cons. 159. n. 15. & de legitimato in feudo censual. admittendo latè Bursat. cons. 85. n. 11. cũ seq. & Clar. qui licèt loquatur de fœminis, tamen nõ putat tutũ ab hac opinione recedere, §. feudum, q. 73. vers. Item quid si feudũ.

Verùm quia multi Doctores cõtradicunt, existimantq; feudum cẽsuale retinere propriam naturã feudi, opinor, ex distinctione duorum casuum veritatem haberi posse.

187 Primus, † est, quoties iuramentũ fidelitatis pręstatur, & cẽsus est exiguus, & tunc tale feudũ retinet propriam naturam. Alex. cons. 9. nu. 6. vol. 5. Brun. cons. 41. n. 4. Bec. cons. 101. n. 84. cũ alijs, quos citat Raudens. in tract. de Analog. cap. 21. n. 97. quamuis, & hoc casu alij dissenserint, & de crebriori sentẽtia attestati fuerint, vt per Paris. cons. 4. nu. 22. in pri. Bertazzol. cons. 39. n. 30. in ciuil. & cons. seq. n. 3. & in eodem casu Bursat. cons. 150. nu. 59. vol. 2. vbi innumeros more suo allegat.

Secundus est, quãdo nullum iuramentũ fidelitatis præstatur, & cẽ-
188 sus est magnus, † & tunc eiusmodi feudũ erit improprium, nec subiacebit regulis feudi, sed potius tamquã locatio iudicabitur. Menoch. d. cons. 65. n. 12. Neuiz. d. cons. 92. n. 22. & multi alij, quos longum esset recensere: & hic casus ad nos pertinet, quandoquidem, nec iuramẽtum fidelitatis præstatur, & census est magnus ducatorum septẽ millium auri, & ita etiam cẽsum, & canonẽ appellant Summi Pontifices, tam in Bullis Vicariatuum, quã in capitulis Pauli tertij.

CONFVTATIO. XXVIII.

* Quintum caput eò spectat, &c. * *Sic nec ista quæstio est necessaria, cùm in qua-*
1 *libet † dispositione, & concessione Ecclesiæ naturales excludantur, vt dictum fuit supra: & quia iste non est census, sed*
2 *canon † cum deuolutione, & caducitate, & cum iuramento fidelitatis, & alijs multis qualitatibus, quæ feudum ostendunt, vt abundè supra fuit deductum.*

ALLEGATIO.

* Sextum caput suboritur, * in quo dicendũ est, quòd & si Ducatus iste esset feudalis, & deuolutus p lineã finitam (quod negamus) adhuc tamen

men renouãdus esset in personam Serenissimi Ducis nostri, & agnati, & hæredis instituti à Duce Alphō-
189 so nuperrimè, † defuncto, vt est doctrina, Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & esti. quæ est communis, etiam in cōcessione Ecclesiastica, quinimò, & si Ecclesia vellet, posset retinere. Dec. cons. 131. Clar. §. emphyteusis, quæst. 43. vers. sed quero, & vers. sed quid si Ecclesia, & idē iudicatū fuit à Rot. Rom. decis. 195. par. 2. in nouiss. & in feudo, quòd teneatur Dominus alium inuestire, Bald. c. 1. §. 1. qualiter feud. alien. poss. & ibi sequūtur Aluarot. & Præpos. qui hoc intelligunt de agnato mortui, sicut, & Aretin. in l. si mihi, & Titio, col. penult de verb. oblig. vbi addit hoc in feudo solito cōcedi, & renouari facilius admittendum, eādem opinionem latissimè defendit Rui. cōs. 12. n. 18. vol. 1. Curt. sen. cons. 47. n. 8. & infrà Cels. Vg. qui de feudo agit. cōs. 26. n. 41. cōs. 2. n. 52. Mazzol. cōs. 114. n. 63. & de cōmuni in feudo, Bero. cons. 72. num. 18. volum. primo.

CONFVTATIO. XXIX.

* Sextum caput suboritur, &c. * *Ista opinio in Ecclesia non est vera, sed magis*
1 *communis, † & verior est; quòd si Ecclesia vult pro se, non teneatur renouare, Abb. in c. bone. el 2. num. 28. vers. hoc dictum ego limitarem. de postul. Prælat. Curt. sen. cons. 47. num. 10. vers. secus si vellet. Calcan. cons. 8. nu. 45. Ias. cons. 24. colum. pen. vers. sed non recederem. lib. 3. Ruy. Latè cons. 152. nu. 3. vsque ad fin. lib. 1. qui contrarijs respondet, Gozad. cons. 39. nu. 22. & 24. versic. tertiò, Rip. in l. 1. num. 9. & 10. de priuil. cred. Staphil. de lit. grat. & iusti. fol. 79. vers. sed istud dictum, sub tit. de mod. prouis. sub num. 3. Mil. in ver. emphyteusi finita. sub nu. 3. & in hanc sententiam procliuior est Clar. in §. emphyteusis. q. 44. in fi. vbi di-*
2 *cit esse æquiorem, † quàm magis communem, & testatur Rot. per Caputaq. decis. 303. par. 4. & Benintend. decis. 19. & hanc eandem, tamquàm veriorem, & æquiorem rursus Rota amplexa fuit in vna Rauennaten. bonorum 20. Nouembris, 1587. coram Illustrissimo Cardinali Mantica, tunc Auditore. Nec ve-*
3 *rum est, quòd † contrarium Rota senserit in alleg. decis. 195. par. 2. in impress. quia num. 7. & 9. vbi loquitur de hac materia, nihil firmat.*

ALLEGATIO.

* Secundò, id quoq; obtinet * quāuis Ecclesia pro se retinere vellet, quoniam ne dispositio iuris reddatur elusoria, quoniam semper Prælati dicerent velle applicare mensę
190 cogitur Ecclesia, † inuestire agnatum, vt per Rui. d. cons. 12. volu. 1. Dec. cons. 131. cuius opinionem latè tuetur Bero. cons. 97. & seq. vol. 1. ostendens illam esse communē, & veram cōtra Abb. in c. bonæ de postul. Præl. & iterum, cons. 116. eodē vol. & latè Alb. cons. 375. qui, quod magis est, inquit iura in hoc nō distinguere,

ſtinguere inter agnatum legitimũ, & naturalem, vel legitimatum, aut naturalem dumtaxat.

. Tertiò nedum eccleſia pro ſe retinere non poteſt, ſed nec cenſum, aut ſolutionẽ augere, quod maximè procedit, quoties reperitur res
191 meliorata per † vaſſallum, vel emphyteutam, vt per Curt.d.conſ.47. Rip.l.j.n.16.de priuil.cred.Bertazzol. latè, conſ.85.n.22.in ciuil.qui vtrunq; caput attingit;& quòd Eccleſia nequit ꝑ ſe retinere, & quòd non poteſt canonem augere, & de communi opinione atteſtatur Emilian.conſ.33.nu.26.qui n.30.multo magis id procedere arbitratur, quoties res agitur cũ Eccleſia, quæ ęquitatem, ac honeſtatem ſeruare tenetur, Achill.Pedroc.conſ.30.n.23.& ſeq. vbi quòd, nec ꝑ ſe retinet, nec auget canonem, quãdo agitur cum emphyteuta, qui meliorauit, Thob. Non.conſ.3.n.5.Decian.reſp.34. n. .vol.5.Rim.iun.conſ.444. n.46. & conſil.835.nu. 40. vbi de magis,
192 communi,† Menoch.qui idem affirmat.conſ.754.n.8.& n.9 & n.10. qui etiam ſubijcit ſpurios eſſe innouandos, quippe, qui ex cõmuni vſu loquẽdi cẽſeãtur de domo, & agnatione. Quòd autem Sereniſs. Eſtenſes ampliſsima melioramẽta fecerint ita, vt dici poſsit hanc Ciuitatẽ ex latericia reddidiſſe marmoreã, ac alia innumera beneficia in illam contuliſſe, videatur Bulla Alexandri VI. qui clariſsimis verbis hoc in laudẽ horum Sereniſsimorũ Principum latiſsimè exornat.

CONFVTATIO. XXX.

* Secũdò, id quoq; obtinet, &c.* *Nec*
1 *releuat hæc ratio, † quòd diſpoſitio l.1. §.permittitur. & ibi Bart. de aqu.quot. & æſti.redderetur eluſoria, eò quia Eccleſia ſemper diceret, velle pro ſe retinere, quia, vt Rota reſpondet in dicta Rauennaten. quod ſi dominus falsò dixerit, velle pro ſe retinere, proximior*
2 *agnatus † poterit repetere, ſi poſtea dominus alteri cõceſſerit, quia ex hoc fraudis conſilium detegitur, Rip. in d.l.1.nu. 10.de priui.cred. Alex.in d.l.ſi mihi, & Titio. num.31. de verb.oblig.Gozad.d. conſ.39.nu.21.præterea Rota ibi reſpon*
3 *det ad illam rationem, quòd res † eſſet ſolita renouari, quòd hoc non ſufficiat, niſi etiam probetur conſuetudo, quòd pro ſe non poſſet retinere, Anchar. conſ.33.colum.5.verſ. ad tertiam rationem. Paul. de Caſt.conſil.340. ad fin. verſ. ſupereſt videre. lib.2.Soci iun.conſ.101.num.3. lib.4.Rip.reſponſ lib.1.cap.25.nu.17. in fi.Aym. conſ.96.num.4. & ſeq.*

Sed & hodie hæc diſputatio amplius
4 *non cadit, † ſtante Bulla ſe. re. Pij V, innouata, & confirmata per alios Summos Pontifices vſque ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum, per quam prohibentur feuda ad Eccleſiam deuoluta, vel deuoluenda de nouo infeudari, quæ Con-*
5 *ſtitutio † omninò eſt ſeruãda; Tùm quia eſt iuſta, & honeſta: cùm de Iure nec valeat pactum, quòd Eccleſia cogatur renouare finita generatione.§ neq; illud. iuncto §.quod autem dictum, in auth. de reb. eccleſ.nòn alien. quem Tex. ad hoc propoſitum inducit Aret. in l.ſi mihi, & Titio.*

col. 5. verf. hoc autem præcipuè. de verb. oblig. Ruy. conf. 152. num. 3. & 4. lib. 1. Gozad. conf. 39. nu. 19. & 20. verf. præterea. Tùm etiam quia eadem Consti-
6 *tutio † fuit iurata per eundem Sanctissi- mum Dominum Nostrum Clementem Octauum in eius assumptione, c. si verò. vbi not. de iureiur. Abb. in c. cum contingat. nu. 7. eo. tit. Alex. conf. 26. num. 4. lib. 7. Dec. conf. 31. num. 3. Mobed. decis. 7. & 250.*

ALLEGATIO.

* Vltimum caput versatur circa electionem, * factam à populo Ferrariensi de persona ipsius Ducis.

Et si enim quæstio hæc mirè exerceat ingenia Philosophorũ, & Iurecõsultorum; An melius sit regnũ deferri per electionẽ, vel per successionem, de qua re late post alios trad. Ioan. Lecirier. in tract. de primogenitura, lib. 2. q. 14. verf. quæ
193 supra vidimus. † tamen in hac Ciuitate præualuit ius antiquum, quo principatus, & Imperia electione populorum conferebantur, c. legimus. 93. dist. 1. c. Moyses. 8. q. 1. trad. Bald. c. per venerabilem, nume. 13. & c. cum in magistrum, nume. 3. de electio. Ang. l. ex hoc iure. n. 10. de Iusti. & iu. Cagnol. l. 2. §. post originem, n. 253. de orig. iu. Corset. ĩ tract. de potesta. regia, q. 1. num. 4.

Cùmque Regna, & principatus
194 tripliciter, † deferantur, electione, successione, & armis. Petr. Gregor. lib. 18. cap. 2. in prin. syntag. iu. vniuer. profectò nullum Regnum iustius, ac sanctius videri potest, quàm quòd ab electio-
195 ne populorum † proficiscitur, vt post alios trad. Vasq. in tract. contro. Illustr. cap. 1. num. 2. & c. 47. nume. 5. Barbat. conf. 20. nume. 23. vol. 2. vbi de Ciuitate Bononiæ, quæ elegit Thadæum de Pepulis, & Ioannem Bentiuolum; & de
196 Mantua, † quæ principatum detulit Gonzaghis, idemque videmus in Ciuitate Venetiarum, quæ Ducem sibi constituit in Imperio, & Regno Poloniæ, & alijs eiusmodi.

Nec id mirum, quãdo etiam expediat iure naturali, & primæuo Principem vnum esse, qui regat, illeq; eligendus sit, qui moribus, ac
197 virtute alios antecedit, † vt probat Albert. Bolognet. in tract. de legẽ iure, & æquitate c. 13. n. 5. & 6. & iterum capite 10. n. 13. quoniam populus non propter Principem, sed
198 Princeps propter † populum factus est, à quo auctoritatem habet. Natt. conf. 402. n. 18.

Et quamuis, vt electio teneat, necesse sit, vt populus sit liber, & nulli subiectus, vt per Ang. loco præalleg. tamen & populus Ferrariensis videtur hanc libertatem cõsequutus à Vitaliano Pontifice anno sexcẽtesimo quinquagesimo septimo, qui ex creatione duodecim virorũ, quibus vniuersum regimen Ciuitatis commisit, dicitur Imperium in illos transtulisse, quod & à Constantino

tino Imperatore confirmatum apparet: idemq; alios Pontifices, ac Imperatores concessisse palàm est, ex publicis documentis, & hi sunt, quos hodiè XII. sapientes appellamus, & vnà cum eorum Tribuno, quem Iudicem ipsorum sapientum nominant electiones horum Principum, perficiunt, quod non solùm ex Ioan. Baptista Pigna, Gaspare Sardo, & Ioan. Baptista Giraldo, ac alijs historiographis; sed & ex publicis documentis apparet, in quib. leguntur seriatim electiones Leonelli, Borsij, Herculis primi, Alphonsi primi, Herculis secundi, Alphonsi secundi, & hæc, de qua agimus; vt propterea verum censeri debeat, quod Bald. tradidit consil. 159. nume. 2. volum. 3. aliquos principatus deferri iure sanguinis, alios iure electionis, licet aliud genus omiserit, quando armis, ac bello licito acquiruntur, de quo supra dixi.

CONFVTATIO. XXXI.

* Vltimum caput versatur circa electionem, &c. * *Hoc, quod de electione, seu iure eligendi Ducem, quod Populo Ferrar. competat, dicitur nullo modo subsistit, neq; de facto, neq; de iure; Siquidē recepta est conclusio apud Doctores, quòd*
1 *nullus Populus † potest sibi Regem, vel Dominum eligere, nisi ipse sit prorsus, & omninò liber; ita vt neque Papam, neque Imperatorem, nec quemuis alium in Dominum recognoscat, Bal. in l. ex hoc Iure. nu. 3. vbi Ang. num. 10. dicit quòd isti,*
2 *qui † hodie eliguntur sunt Tiranni, non domini, sequuntur ibi Paul. num. 17. Ias. num. 4. Claud. de Seisell. qui testatur de communi, nu. 6. ff. de iusti. & iur. Corsett. in tract. de potest. Reg. par. 4. num. 27. Marti. Lauden. in tracta. de Princip. conclus. 414 Rolan. à Vall. cons. 100. nume. 92. volum. 4. Peregr. in tract. de iur. Fisc. lib. 1. artic. 2. nume. 68. Nauar. in repet. c. nouit. in 3. not. nume. 165. de iud.*
3 *Quòd autem Populus Ferrarien. † non sit liber; sed Sedem, & Cameram Apostolicam in verum Dominum, & proprietarium recognoscat, & semper recognouerit, apertè constat, nedùm ex quam plurimis authenticis documentis, concessionibus in Vicariatum, & inuestituris per diuersos Summos Pontifices factis Estensibus, qui pariter semper eandem recognitionem fecerunt, vt in serie facti supra deductum fuit; sed magis specificè*
4 *† ex confessionibus, & attestationibus etiam medio iuramento ipsius Ciuitatis, ac Ciuium Ferrarien., signanter de tempore Clementis V. in publico eius Consistorio, & coram omnibus tunc S.R.E. Cardinalibus.*
5 *Item ex alia † simili declaratione, quam fecit Ciuitas Ferrarien. de tempore Ioannis XXII. quando illi, & Romanæ Ecclesiæ iurarūt fidelitatem. Item*
6 *de tempore, † quo idem Clemens deputauit Opizonem, & Nicolaum Estensem in Vicarios Ecclesiæ Romanæ in dicta Ciuitate ad nouem annos sub annuo censu 11. mil. Florenorum, & præuia confessione,*

fessione, ac recognitione dominij Ecclesiæ Romanæ, vt in Bulla Ioannis XXII. continebatur, tàm per Opizonem & Nicolaum, quàm per Commune Ferrarien. facien.; in qua inter alia Ciuitas Ferrariæ promisit, quòd finitis dictis nouem annis, Officiales, & Ministros ab Ecclesia deputandos statim recipient, ac illis obedient, & parebunt, ipsamq; Ciuitatem liberè ipsi Ecclesiæ restituent, vt ex serie facti supra narrata constat.

Quæ quidem declarationes sic factæ ab ipsismet Ciuibus, & tota Ciuitate sunt
7 *adeò claræ, vt † nemo dicere possit, vt ex aduerso dicitur, quòd Populus habuerit, vel habeat se pro libero, nec Sedem Apostolicam recognoscat, vt in simili declaratione facta per Casalenses benè deducit Natt. consil. 636. sub nu. 58. vers. 8. lib. 3. post Bal. in l. 1. sub num. 12. vers. quod enim prohibet. C. de emancip lib. & per Roland. à Vall. d. consil. 100. nume. 93. lib. 4.*

Nec dicatur, quòd huiusmodi libertatem Populus consequutus fuerit à Vi-
8 *taliano Pontifice † anno 657. dùm creauit duodecim viros, quibus regimen Ciuitatis commisit, quod etiam videtur fuisse obseruatum per Clementem*
9 *V. † de tempore, quo supra, Sindicus, & Ambasciatores Ferrarien. comparuerunt in Consistorio publico; quia omisso, quòd de istis sic gestis per Vitalianum Pontificem nihil docetur per authentica documenta, satis tamen est, quòd deputatio huiusmodi Magistra-*
10 *tus † non importat collationem libertatis, nec facultatem eligendi sibi Regem; Si quidem Magistratus huiusmodi, si aliquam ex hoc iurisdictionem exercere poterat, id facere dicebatur nomine ipsius Papæ, qui eos deputauit, & Magistratus ipsius Papæ, non autem Ciuitatis in effectu dicebatur, Natt. d. consil. 636. nu. 134. post Nell. in tract. bannit. 2. par. 2. temp. q. 66. in 1. dub. & Dec. in rub. de offi. eius, nu. 9. Et talis deputatio Magi-*
11 *stratus † poterat quandocunq; liberè ab ipsomet Papa reuocari, vel moderari, Bal. consil. 430. num. vlt. lib. 4. Natt. cons. 640. nu. 120. lib. 3. quod benè obseruauit Cle-*
12 *mens V. † dùm huic Magistratui nullam aliam potestatem dedit, quàm consulendi Vicarium ab ipsomet Papa depu-*
13 *tandum, quod quidem consilium † ob id Vicarius ille sequi non debebat, l. turpia. vbi Docto. de leg. 1. Abb. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. in fi. de constit. Aym. consil. 1. sub num. 3. & quod plus est, voluit quòd iste Magistratus posset ab eius Vicario amoueri, & mutari ad eius libi-*
14 *tum, quod significat † penes ipsum Magistratum nullam iurisdictionem stare, Tiber. Decian. cons. 19. nu. 96. volum. 3.*
15 *& hæc deputatio Vicarij † per Papam facien. ostendit, quòd omnis Iurisdictio penes eum remanebat, Natt. d. cons. 636. nu. 67. volum. 3. & supra latè etiam deductum fuit.*

ALLEGATIO.

* Et quod maximè cõsiderandum * videtur circa successiones, ac electiones naturalium vel legitimatorum Leonellus nullo modo succedebat Nicolao patri, cum in Vicariatu in persona Nicolai à Martino scili-

ſcilicet collato filij legitimi, & naturales vocarentur, qui cum extarent nati ex legitimo matrimonio, Hercules ſcilicet & Sigiſmundus, atque ita excluſus eſſet Leonellus, vt ex bulla anni 1414. nihilominus idem Martinus anno 1431.cum derogatione iuris legitimor.ex cauſa, vt ipſe ait,in pectore ipſius reſidenti Leonellum ipſum,ac poſt eius mortem filios præfert filijs legitimis Nicolai;Inde verò vita functo Leonello,cum eius filius Nicolaus nuncupatus à vela, ſuccedere deberet, & poſt eum ex tenore bullarum dd. Hercules,&Sigiſmundus,qui erant legitimi,& naturales, nemo iſtorũ ſuccedit, ſed ex conceſſione Nicolai V.Borſius,qui &ipſe illegitimus erat, præfertur tribus illis,qui iure vocati erant, & reuocatur vicariatus in perſonam illorum radicatus, & ad id nulla alia cauſa adducitur, quàm electio populi concorditer facta; adeò vt videri poſsit hãc electionem præualuiſſe cuicunq; conceſsioni & iuri quæſito, ex¦Bullis. Sic & mortuo Borſio cum Vicariatus ex forma conceſsionum Martini ſcilicet,& aliorum Pontificũ ſpectare deberet ad Nicolaum filium legitimum Leonelli, ex regia ſtirpe materna progenitũ; tamen Hercules primus nedum Vicarius, ſed & Dux creatur, in eiuſq; tertiam generationem ſtatus ipſe vniuerſus confertur,nimirum ſanè, quoniam Hercules à populo electus fuerat, remoto Nicolao, quem etiam vti noua molientem,idem populus inuito licèt,ac reluctante Hercule occidit, Neque illud ſanè omittendum eſt; quòd omnes prædicti,qui Vicarij fuerunt conſtituti, dum alijs ius acquiſitum eſſet, ſtatim electione populi ſequuta poſſeſsionẽ ingreſsi fuerũt, ac ſe pro Principibus publicè geſſerunt,nec ob id habiti ſunt pro iniuſtis poſſeſſoribus, aut intruſis;quinimo à ſummis Pontificibus in Vicarios recogniti; vt propterea verum ſit, electionẽ ſolam populi tribuere ius electis, nec expectari debere confirmationem, aut licentiam ſummorum Pontificum ad ingreſſum poſſeſsionis. Sic videmus Leonellum anno 1442. fuiſſe à populo electum;deinde anno ſequenti 1443. ab Eugenio 4. confirmatum Borſium per nonnullos menſes ante à populo electum, dein à Nicolao Quinto eo modo, quo ſupra dictum fuit, in vicarium electum.Sic quoq; videmus Herculem primum electum à populo anno 1471.&interim adminiſtr. ſſe,do nec anno ſequenti Sixtus 4. illi Vicariatum ac Ducatũ contulit,Herculem II. à populo aſſumptum anno 1534. quo tempore priuatus fuerat Alphonſus Ducatu à Pontificibus;& tamen adminiſtraſſe vſq; ad annum 1538.quo à Paulo 3.confirmatus fuit, vt propterea dicendum ſit, ſolam populorum electionẽ ingreſſum horum Principum canonizaſſe, nec aliud in adeptione poſſeſsionis requiſitum fuiſſe.

Ex his etiam inferre poſſumus, in hoc Ducatu non fuiſſe abrogatum

tum ius eligendi, quod Doctores in
199 cæteris Regnis dicunt † consuetudine sublatum. Franc. c. grandi, de sup. negli. Prælat. in 6. in prin. Anchar. conf. 338. in prin. latè Melch. Palaez. de Maiorat. Hispan. par. 4. q. 1. nu. 46. quoniam tantum abest, quòd hoc ius fuerit abrogatum, q̃d potius dicitur mordicitus retentũ, & in singulorum Principũ electione repetitum; quinimo & a Pontificibus ipsis cõfirmatum; legimus. n. in bulla Nicolai quinti dictum Põtificem electionem Borsij ne dum confirmare, sed & diuinitus inspiratam asserere; vt propterea fatẽdum sit ius eligendi à Põtificibus approbatum, qui nec etiam vetuerunt electis ne iura imperij administrarent, & si ab ipsis nondum essent cõfirmati, ita vt populus, quò ad se, sit in quasi pacifica possessione eligendi, prout in multis diarijs vetulis electionum, & iurium ac potestatis translationum fit mentio.

Et si quis diligentius paulò consideret hæc duo capita auctoritatis Pontificiæ, & electionis populi, reperiet hanc potius, quam illã præualuisse: nam & si in Vicariatibus prædictis vocarentur multoties filij, tamen plerumq; fratres successerunt, vel alij, prout à populo electi fuerant: sic videmus Azoni sexto non successisse filios, sed Opizonem quartum, Aldobrandino tertio Nicolaum, huic Albertum, qui erant fratres, Nicolao secundo successisse quidem Leonellum, & Borsium filios, sed tamen illegitimos, Leonello nõ filium Nicolaum, sed Borsium fratrem, nec id alia ratione euenire potuit, quàm quòd electio populi, quam Pontifices sequuti vidẽtur, imperium detulit ad eos, quos crediderunt meliores, & digniores; non attenta aliqua forma Vicariatuum.

Reliquũ est, vt tollantur, ea quæ fundamentis aliquibus supra deductis, videntur obstare.

CONFVTATIO. XXXII.

* Et quod maximè cõsiderandũ, &c. *
Non etiam dici potest acquisitum fuisse
1 *ius eligẽdi ex aliqua præscriptione † sciente, & patiente Pontifice, quia licet plures electiones ex aduerso allegentur, nulla tamen de eis scriptura exhibetur, nec potest exhiberi, quæ de electione loquatur,*
2 *nisi † illa Nicolai V. in illis verbis, se ipsum mirum in modum, vt accepimus, diligentes, & venerantes vnanimiter, & concorditer in Marchionem elegerũt;*
3 *quæ tamen verè † electio non est, nec electionis vim habet, quia tunc durabat linea Leonelli in personam Nicolai eiusdem filij legitimi, & naturalis, qui tunc erat infans in pupillari ętate, vt ibi dicitur; Et sic Vicariatus tunc nõ vacabat, nec tamquàm de vacanti illi dicunt eligere, nec Papa prouidere; sed indulgendo voluntati Populi, qui magis Borsium fratrẽ Leonelli diligebat, & ob bonum pacis, & tranquillitatis, & ad euitandos tumultus, & dissensiones, vt ipse dicit, prætulit*
4 *Borsium ipsi Leonelli, quod † non fuit de nouo alienare, Tal. in c. 1. de alien. feud.*

Rem.

Rom. cons. 199. & ibi add. Soci. iun. con-
sil. 72. num. 6. lib. 1. Decian. cons. 55 nu-
5 *me. 70. lib. 3. etiam si remotior, † relicto*
proximiore ex vocatis, sit electus, c. 1. de
alien. feud. c. 1. § sed & res. ibi, vel pro-
ximiori, per quos fi. inuest. Ias. in prælud.
feud. nu. 46. Cephal. cons. 207. nu. 35. &
cons. 272. nu. 133. Unde talis actus non
potest facere statum electionis in casibus,
6 *quando Vicariatus vacat; quia † consue*
tudo tantum habet de potentia, quantum
de vsu, Bal. in l. fin. sub nu. 9. vers. vnum
aliud. C. com. vtr. iud. Anchar. cons. 339.
num. 8. Aym. consil. 96. num. 4.

Præterea ibi narratur, quòd Popu-
lus elegerat Borsium in Marchionem,
quæ erat dignitas, quæ tunc inherebat
7 *personis Estensium, & tamen Papa † il-*
lum non confirmat vti talem, nec eo mo-
do, quo electus fuerat; sed sub diuersa for-
ma, cùm in Vicarium suum in ipsa Ciui-
tate constituit. Unde cùm Vicarium es-
8 *se, † significet omne dominium remanere*
penes deputantem, vt supra ostensum
fuit, præsertim cum Nicolaus sæpè repe-
tat, quòd hoc fecit ad Ciuitatem nostram
Ferrarien. Ex hoc apparet, quòd hæc ele-
9 *ctio † non habuit effectum, tamquàm de*
libera Ciuitate ipsorum Ferrariensium,
neque vti talis fuit confirmata, vel ac-
ceptata à Papa, vt propterea nullum ius
ex illa acquiri potuerit, iuxta cons. Cald.
12. & 13. de iurepatr. Abb. in c. cum
olim. in 4. not. de caus. poss. & propr. Alex.
cons. 75. nu. 46. in fi. lib. 4. Dec. cons. 117.
sub nu. 4. Rip. in c. cum Ecclesia. sub num.
93. de caus. poss. & propr.

10 *Non omitto, quòd † prædicta narrata in*
literis Nicolai, de huiusmodi electione non
sunt verba ipsius Nicolai, sed eiusdem
11 *Borsij, vt denotant † illa verba, vt ac-*
cepimus, Feli. in c. iurauit. num. 1. de pro-
bat. Cassad. decis. 4. num. 9. de probat. &
12 *consequenter nisi † verificentur, nihil pro-*
bant, c. ex parte. & c postulanti, & vtro-
13 *biq; Docto. de rescript. etiam si † simus in*
antiquis, Aret. in c. cum causam. nu. 13.
& seq. de probat. Loffred. cons. 44. nu. 6.
Corn. cons. 19. nu. 13. lib. 2. Achill. de iu-
repatr. decis. 7.

Aliæ autem electiones non merentur
allegari, quia de illis non constat, imò de
14 *contrario: Nam semper Pontifices † in-*
uestiuerunt Estenses, hoc ita supplicantes,
nulla facta de illis mentione, quod vim
oppugnationis habet, Mobed. decis. 269.
& hæ Inuestituræ sunt, quæ habuerunt
15 *effectum; quia † illarum vigore Estenses*
possederunt, & censum quotannis Rom.
Ecclesiæ soluerunt, ac obedientiam nouis
Pontificibus semper præstarunt. Vltra
quòd etiam si Ciues quandoq; electiones
16 *huiusmodi fecissent, ad huc † quia habe-*
bant plenam notitiam iuris, & proprie-
tatis Ecclesiæ Romanæ, vt ex supradi-
ctis declarationibus apparet, nullum ius
eligendi propterea præscripserunt, Abb.
in c. ad audientiam. sub nu. 17. vers. &
hoc dictum satis mihi placet. Feli. nu. 19.
Paris. nu. 18. de præscript. Dec. cons. 144.
sub num. 4. vers. præterea ista etiam in
mala fide. Balb. de præscript. 4 par. 4.
prin. q. 1. sub num. 15. vers. & hæc dicta
Natt. d. cons. 636. nu. 110. vol. 3. Rolan.
à Vall. cons. 3. nu. 20. lib. 1. Maximè quia
17 *† deficit titulus, qui in præscribendo ius*
eligendi est necessarius, Abb in c. cum Ec-
clesia, nu. 42. & seq. de cau. poss. & propr.
Balb. d. tract. de præscript. 1. par. 5. prin.
q. 8. nu. 5.

18 *Et cùm ſimus † in Eccleſia Romana, vel deberent eſſe continuatæ per ſpatiū 100. annorum ſciente, & patiente Summo Pontifice, Pariſ. in d.c. ad audientiam. ſub nu. 18. de præſcript. Alex. conſ. 169. ſub nu. 2. lib. 2. Vel quòd verius eſt, om-*
19 *nis præſcriptio interrupta eſſet † per proteſtationes, & interpellationes, quas facit Summus Pontifex quotannis in Bulla Cœnæ Domini, & Reuer. Camera Apoſtolica in Vigilia Beatorum Petri, & Pauli, Feli. in c. cum non liceat, ſub num. 12. col. pen. verſ. 5. conſidera. de præſcript.*
20 *& in omnem euentum † vltimæ inueſtituræ per Sixtum IIII. Alexandrum VI. & Paulum III. ſpatio centum annorum obſeruatæ tollerent omnem contrariā præſcriptionem, Natt. d. conſ. 636. nu. 115. volum. 3.*

ALLEGATIO.

* Nō ob. ergo, * ſi quis dicat legitimationē nō operari propter Bullam Pij 4. ex qua legitimationes videntur ſublatæ, vt legitur inter eius cōſtitutiones, & eſt in ordine 86. ſuper qua reſpondit Menoch. conſil. 461. volum. 5. qui inquit potuiſſe id Summum Pōtificem facere, maxi-
200 mè ex cauſa, † publicæ vtilitatis, & per viā legis generalis, vt idē Menoch. explicat, cōſ. 112. n. i. & 3. cōſ. 350. n. 21. Nam reſpondeo omiſſis alijs, quæ dici poſsēt, quòd ſatis apparet, quæ nam fuerit mens Pij 4. in illa conſtitutione, vt ſcilicet abrogaret legitimationes, quæ aduerſus mētem diſponentiū conceptæ reperiuntur, & quæ in præiuditium vocatorum ad fideicommiſſum tēdūt; hæc autem, de qua agimus, nullo modo poteſt dici talis, cū ſupra probatum ſit, ex mente Summorum Pontificum, necnō ex verbis, ſæpius fuiſſe inuitatos naturales, ac legitimos, & ita hāc materiam interpre-
201 tantur. Dec. † reſp. 42. n. 39. volu. 1. vbi loquitur de Senatuscōſulto Sereniſs. Dominij Veneti, quo eodem modo prohibebantur legitimationes ad fideicōmiſſa, cū quo in eadem facti ſpecie reſpondit ipſemet Menoch. conſ. 266. n. 76. vol. 3. & in hac Bulla contra Menoch. d. conſ. 461. Reſpōdit Rim. iun. conſ. 540. n. 74. & idem Rim. iun. conſ. 611. n. 93. & aduerſus Menoch. ī illa cauſa Bononienſi iudicatum ſcimus, & hūc intellectum ad Bullam ſequitur nouiſsimè Eugen. cōſ. 52. n. 65. & pluribus ſequentibus, quod autē dicitur, Pōtificem poſſe per viā legis auferre ius tertij, ſatis verum nō
202 eſt, vt trad. † Gab. titu. de iu. quæſi. non toll. concl. 1. n. 5. & concl. 2. nu. 26. vbi quod, nec cum cauſa quidē id poteſt, niſi res ageretur cū ſubdito, & data condigna cōpenſatione.

Prædictis quoque nō aduerſabitur conſtit. Pij V. edita anno 1567. per quam auferuntur facultates diſponendi in illegitimos, vel legitimatos, ac eorum filios, & agnatos, quoniam multipliciter illi reſponderi poteſt.

CONFVTATIO. XXXIII.

* Non obſtat ergo, &c. * *Hæc reſponſio non*

ſio non applicatur, quia non eſt de mente
1 † *Sixti, Alexādri, & Pauli, qui fecerunt Inueſtituras, quòd ſuccedant naturales, nec etiam legitimati, ex quo omnes ſe reſtringunt ad legitimos, & naturales, vt ſupra dictum fuit.*

ALLEGATIO.

* Et primò, quòd eiuſmodi extrauagās, * qua parte vellet cōprendere laicos nō ſubditos, non poſſet,
203 quoniam Papa, † contra nō ſubditum in tēporalibus diſponere nequit, vt per Caſtr. conſ. 287. vol. 1. & conſ. 290. vol. 2. Fel. cap. quæ in Eccleſiarum, nu. 30. de conſtit. cum al. quæ in hoc articulo adduci poſsēt.

CONFVTATIO. XXXIIII.

* Et primò, quòd eiuſmodi extrauagans, &c. * *Eſtenſes iniuſtè negant*
1 † *ſe ſubditos Eccleſiæ Romanæ, poſtquàm ſunt ab ea inueſtiti de Ducatu; & Bulla*
2 *Pij V.* † *ligat, & reſpicit bona ipſius Eccleſiæ, vt non tranſeant ad illegiti-*
3 *mos, & legitimatos; quod* † *ſine dubio Papa facere poteſt, vt not. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. de conſtit.*

ALLEGATIO.

*. Secundò, quoniā extrauagās * illa procedit, quoties quis diſponere
204 vellet in illegitimos, † vel etiā filios vigore tātum indulti ſpecialis, non autem quādo de iure communi quoq; potuiſſet diſponere, vt ita ex profeſſo hāc materiam, re nō ſemel, ſed & quater diſcuſſa, declarauit Rot. Rom. apud Decanū deciſ. 487. par. 1. vbi illam cōſtitutionem appellat duram, ac irrationabilem, & limitat multipliciter, & ī ſpecie, quando illegitimi, vel legitimati poſſunt venire de iure cōmuni, nō autem ſpeciali, vt hic, vbi ſub nom. legitimorum, & naturaliū, tàm de iure, quàm ex mente Summorū Pōtificum venire poſsūt legitimati, vt ſupra plenius fuit oſtenſum, limitat etiā quo ad perſonas merè laicas, & quæ diſponant non de fructibus, penſionibus, aut alijs rebus ab Eccleſiaſticis prouenientibus, quod ēt fuit de mente Nauar. in comment. ad dictam Bullam, ſub n. 9. & nimis iniquū eſſet, quòd huiuſmodi Bulla traheretur ad ius quęſitum alicui ex contractu cum Summo Pontifice, qui hoc modo poſſet, & Vicariatus, & feuda, & omnes alios contractus diſſoluere.

Tertiò quoties legitimatio ipſa nō tribuit immediatè ius ſuccedēdi, ſed tātum remouet obſtaculum, quo ſublato illa pſona efficitur ſucceſſibilis, tunc non intrat dicta cō-
205 ſtitutio, vt eadem Rot. plenius, † reſoluit apud Robuſterū, deciſ. 505. ea. par. 1. & hic eſt caſus præſens, nā cùm ex verbis horum Vicariatuum, demumq; ex erectione Ducatus cō prehenderētur legitimati, ſatis cōſtat legitimationē non tribuere ius immediatum ſuccedēdi, ſed impe-

 dimen-

dimentum remouere, quo casu nõ militat cõstitutio illa, vt per dominos de Rota eadem decis.

CONFVTATIO. XXXVI.

* Secundò, quoniã extrauagans,&c. * *Hæc responsio minus applicatur, quia si Cæsar vult succedere, vt dicit, vigore legitimationis sui patris, clarum est, quòd venit vigore priuilegij, & iuris specialis;*
1 *non autem iuris communis, cùm † legitimatio sit gratia, & priuilegium Principis, Bal. consil. 56. circa med. lib. 2. Ias. consil. 110. col. 3. ad med. ver. moueor in primis. lib. 4. Decian. cons. 40. num. 18. lib. 3. circumscripta autem legitimatione,*
2 *de iure † communi non potest venire, quia inuestituræ Sixti, Alexandri, & Pauli sunt restrictæ ad legitimos, & naturales; quæ ob id excludunt naturales; præ-*
3 *sertim † in feudis, & bonis Ecclesiasticis, in quibus naturales succedere non possunt, d. c. 1. §. naturalis. si de feud. fuer. contr. cum supra citatis, ex quibus tollitur etiam, quod tertiò respondetur.*

ALLEGATIO.

* Non obstat, quòd maximè * obijci audio cõtra Ducem hunc, quòd videatur iniustè appræhẽdisse, possessionem huius Ducatus, eo quod se intruserit, absque licentia Sedis Apostolicæ, ob idque possessio improba videatur, quoniam hoc fundamentum facillimè prosternitur. Primò si consideremus ea, quæ dixi superius circa alios Principes Estẽses, qui simul, ac à populo lecti fuerunt, absque alia mora possessionẽ ingressi sunt, nec vnquã aliquis Põtifex ea de causa quicquã seuerius statuit aduersus illos, cum tamẽ aliqui ex ipsis merè intrusi dici possẽt, si Vicariatus forma inspicienda esset, quo fit, vt multo minus Dux ipse dici possit improbus possessor, vel intrusus, cùm sufficiat ad hoc euitãdum habere aliquẽ colorẽ, vt per Calder. cons. 13. de verb. sign. Dec. cons. 121. n. 4. Gig. latè de intruso, n. 3. & Dux ipse ne dum nititur electione populi, sed iuribus cõcessionum præcedẽtium, demumque testamento Ducis Alphonsi, quæ omnia iustissimam illi tribuunt possessionẽ, & ideo dicebat Rui. cõs. 128.
205 vol. 5. intrusum non dici illũ, † qui aliquo titulo innixus possessionem ingreditur. Bursat. cons. 413. n. 28. Secundò cũ Dux ipse offerat se paratum stare iuri, ac parere sententie ferende à Iudicibus cõfidentibus, nequaquam potest, vti iniustus, vel ĩtrusus possessione priuari, nisi causa cognita. Rui. d. cons. 128. Crau. cons. 594. n. 128. cũ similib. Tertiò, quia non potest dici possessio hæc iuris improbi, ad quã non detur accessus, cùm nullũ ius resistat, quominus ipse, vt succedens in Ducatu vtatur iure proprio, cùm etsi presũptio iuris refragaretur, adhuc possessio non diceretur iniusta, Capic.
206 decis. 209. n. 5. † & infra Menoch. de retin. poss. remed. 3. n. 152. faciũt trad. per Rot. Rom. decis. 41. nu. xj. par. 2.

par.2.in nouiss. vbi quòd nõ expellitur quis à possessione, etiã si sit cõtra ius, quãto igitur minus Dux Cęsar dicetur iniustus possessor, qui tot fundamẽtis innititur, quique nihil aliud à Sãctiss. Põt. exoptat, quã quòd iura ipsius benignè, ac clementer, vt decet videantur.

CONFVTATIO. XXXVI.

* Non obstat, quòd maximè, &c.* *Finita linea, si quis ingrediatur possessio-*
1 *nem † feudi, vel emphyteusis sine licentia directi domini, dicitur intrusus, & turbator possessionis ipsius domini, adeò quòd domino competit interdictum retinendæ, Bar. in l. 1. §. fin. nu. 17. ff. vti possid. latè Bero. cons. 102. nu. 43. & seq. lib. 1. & in proposito Gozad. cons. 1. nu. 22. Et qui*
2 *occupant † bona Ecclesiæ Romanæ sunt excommunicati, & maledicti perpetuò; tàm per Bullas diuersorum Summorum Pontificũ, etiam in cœna Domini, quàm etiàm per Sacrum Concilium Tridenti-*
3 *num sess. 22. cap. 11. Nec † Inuestituræ potuerũt sibi tribuere iustam causam excusationis; quia ex earum lectura appa-*
4 *ret, quòd est exclusus, & sic nec † Testamentum Ducis Alphonsi sibi suffragatur, cùm idem Dux, finita linea per mortem suam, non potuit in non comprehensos testari.*

ALLEGATIO.

* Hæc cũcta sint verissima, * in legitimatis per rescriptum, qui comprehenduntur in Bullis antecedẽtibus, certiora vtiq; erunt, postquã Dux Cæsar natus est ex Alphonso, qui nedum legitimationẽ ex rescripto consecutus est, sed & per subsequẽs matrimonium, sanè quia Dux Alphonsus primus, post susceptam sobolẽ, ex Laura Eustochia pudicissima muliere, dũ ambo soluti essent, illam in vxorẽ duxit, quo casu
207 certissimi iuris † est, legitimatos eiusmodi venire, etiã ad feuda quæcumq. & hãc esse communem sententiam, vt post al. abũdè testantur Clar. §. feudum, q. 82. vers. itẽ quæro, Siluan. cõs. 3. n. 20. & seq. vbi idẽ tradit in Marchionatu, & abundè, Bursat. qui more suo communes, & magis communes cõgerit, cons. 10. n. 6. & infra Couar. de spõsal. 2. par. cap. 8. §. 2. n. 27. Menoch. cons. 799.
208 num. 12. † quod adeo verum est, vt procedat, quamuis inuestituræ, vel dispositiones agerẽt de natis ex legitimo matrimonio, vel legitimè descendẽtibus, atque ita qualificarẽt ab initio ipso natiuitatem filiorum, nam & tunc communis quoq; est sentẽtia, legitimatum per subsequens matrimonium admitti, Clar. vbi supra, vers. sed quid si feudum,
209 Bursat. tã in d. cons. 10. n. 9. vbi, † ꝙ geminatio verborum nihil operatur, quàm in cõs. 17. n. 3. & cons. seq. Gab. cõs. 21. vol. 1. cum al. innumeris, qui in hac cõclusione admodũ clara afferri possent. Tantum addo nõ officere, quod dotalia instrumẽta cõfecta nõ fuerint, quoniã quicquid sit de iure ciuili, certè iure canoni-

nonico, quod ſolum attendi debet
in matrimonijs,non eſt hæc ſolem-
nitas neceſſaria, vt hãc eſſe cõmu-
210 nẽ opin. apparet ex † traditis per
Dec.vulg.conſ.155.Gab.concl. 1.
n.9.de legitimatio.Burſat.poſt de-
ciſ.Rot. Rom. adductas d. conſ.10.
n.18.Gab.d.conſ.21.n.15. vbi quòd
hoc procedit etiam in terris Impe-
rij, Decian. qui de cõmuni conſ. 5.
num.65.vol.pri.ſicut nec inſpicitur
qualitas mulieris, an eſſet vilis, vel
nobilis, quoniã ius canonicum in-
ſpicit ſolũ,an ſit talis, cum qua ma-
211 trimoniũ † conſiſtere poſsit, vt latè
trad.Gabr.d.conſ.21.n.10.11.& 13.
vol.pri.Decian.qui de communi d.
conſ.5.nu.73.Menoch.d.conſ.799.
n.10.qui, & ipſe de communi atte-
ſtatur,& ideo non refert,quod Illu-
ſtriſs. D. Laura, quamuis ex hone-
ſta familia nata, ac educata inequa
lis fuerit Duci Alphonſo,quoniam
ius canonicum nõ curat hos apices,
ſed ſolum an matrimonium cõtra-
hi poſsit; quæ pauca volui attinge-
re breuiſsimè,cum ſatis in ſuperio-
ribus oſtenſum fuerit, in hoc Duca-
tu ſuccedere poſſe legitimatos per
reſcriptum,ita vt quo ad illos,qui ꝑ
ſubſequens matrimonium legitimi
effecti ſunt, nullum dubium rema-
neat, multoq; minus in hoc Duce,
qui ex legitimo matrimonio ab iui
tio natus eſt, & habet oĩa requiſita.

Ex his apparet ius Sereniſs. Ducis vndiq; clarum in hoc Ducatu, nec ipsũ iniuſtè apprehẽdiſſe illius poſſeſsionem, quæ omnia tamẽ in primis Catholicæ Eccleſiæ Romanæ iuditio ſubijcienda cẽſui, à cuius cenſura nũquam recedere profiteor.

CONFVTATIO. XXXVIII.

* Hæc cum ita ſint veriſſima, &c. *

1 *Hoc matrimonium negatur, & † cùm ſit quid facti, debet de eo conſtare, glo. in c. illud. in ver. vxorem. de præſumpt. Bar. conſil. 42. nu. 2. Corn. conſ. 68. ſub nu. 3. vol. 1. Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſump. 2. num. 8. Pariſ. conſil. 59. in prin. lib. 1. & quando etiam de eo conſtaret, nihil iſto caſu releuaret, vt facillimè oſtendi poſſet.*

LAVS DEO.

CAPITVLA PAVLI TERTII.

IN PRIMIS, quòd per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum abſoluatur Dominus Dux Hercules Secundus ab omnibus cēſuris, & pœnis, tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus, ſi quas incurriſſet, ex quacunque offenſa contra ipſam ſuam Sanctitatem, aut eius prædeceſſores, Sanctamq; Sedem Apoſtolicam facta; ita quòd abſolutio huiuſmodi extendatur etiam ad eius fratres, germanos, & ad omnes, & ſingulos eius ſubditos, Conſiliarios, ſtipendiarios, & familiares, tàm Clericos quàm Laicos, qui in offenſa huiuſmodi cum ipſo Duce, vel eius Genitore interueniſſent; cum annullatione cuiuſcunque Citationis, Monitorij, & Interdicti, ac omnium quarumcunq; Commiſſionum quouiſmodo à Sede Apoſtolica emanatarum, actorum, & proceſſuum indè ſecutorum contra præfatos Duces, & alios prædictos; & cum reintegratione, & confirmatione omnium, & quorumcunque priuilegiorum, Indultorum, conceſſionum, & aliarum gratiarum, ac quarumuis, tàm in forma Breuis, quàm ſub plumbo, vel alio modo, per quoſuis Romanos Pontifices, prædicti Sanctiſs. Domini Noſtri prædeceſſores, ſub quauis verborum forma factarum Bullarum, & Litterarum Apoſtolicarum ei, & anteceſſoribus ſuis, per antea competentium in ampliori forma, quorum omnium, & ſingulorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus infererentur, pro expreſſis habeantur. Et ſi dicto Domino Duci videbitur, exprimi poſſit, & deſuper litteræ expediri poſſint, etiā in forma Breuis, ſi eidem Duci videbitur cum clauſulis ſolitis opportunis, & neceſſarijs latiſſimè extendendis, etiam abſq; aliqua ſupplicatione, & ſolutione, exceptis hijs, quæ præſentibus contrariantur. Et tàm ipſe Dux Hercules, quàm eius germani, fratres, & omnes alij ſupradicti, per ipſum Sanctiſſimum Dominum noſtrum ſimiliter rehabilitentur in ampliori forma aduerſus quamlibet inhabilitatem, & infamiam, ſi qua ex cauſa eorum patris, vel alias quomodolibet in ipſos forſan deuenerit; ita quòd ex nunc inantea cenſeantur, & ſint reſtituti in priſtinum ſtatum, & gradum in omnibus, & per omnia, prout ante incurſum huiuſmodi inhabilitatis, ſeu infamiæ erant; & ipſi omnes, & quilibet eorum cenſeantur, & ſint habiles ad omnes, & ſingulas dignitates, & officia, tàm ſecularia, quàm eccleſiaſtica, etiam ſi ageretur de Comitatibus, Marchionatibus, Ducatibus, & maioribus Epiſcopatibus, Archiepiſcopatibus, Patriarchatibus & Cardinalatibus, & ſuper hijs, tā coniunctim, quàm diuiſim pro omnibus, & ſingulis poſſint litteræ Apoſtolicæ in forma ampliſſima, cum omnibus, & ſingulis clauſulis, & cautelis, ac derogatione, etiam Conciliorum, & Apoſtolicorum priuilegiorum oportunis, & conſuetis latiſſimè extendendis, etiam in forma Breuis, & etiam abſq; alicuius taxæ ſolutione

expediri, etiam non habita ſuper hijs aliqua ſupplicatione, loco cuius hoc Capitulum ſufficiat.

2 Quòd Sanctiſſimus Dominus noſter, & Sancta Sedes Apoſtolica præfatum Ducem,& eius ſucceſſores,ac germanos,fratres,& ſubditos in ſuam ſanctam gratiam recipere dignetur.

3 Quòd idem Sanctiſſimus Dominus Noſter inueſtiat ſolemniter, & conſiſtorialiter præfatum Ducem de toto Ducatu Ferrariæ, cum omnibus ſuis pertinētijs, & omnibus locis alijs, Terris,& Caſtris contentis in Inueſtitura Alexandri Papæ VI. & de omnibus Iuribus præfatæ Sedi Apoſtolicæ competentibus,& non aliter,in quibuſcunque Ciuitatibus, & locis per eundem Dominum Ducem poſſeſſis,ſeu quouiſmodo tentis,ita quòd Inueſtitura huiuſmodi deſuper faciēda, quoad omnia, & ſingula ſupraſcripta intelligatur ſolùm, & duntaxat de poſſeſſis,ſeu tentis per dictum Dominum Ducem, & de omnibus Iuribus Sedi Apoſtolicæ in eis competentibus,& non aliter pro ſe,& legitimis,& naturalibus per lineam maſculinam à præfato Alphonſo deſcendentibus,ſeruata primogenitura,vt in dictis Litteris Alexandri VI. continetur, & fiat Inueſtitura ſecundum tenorem Inueſtituræ Alexandri VI. prædicti. Sub Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Milleſimo,quingenteſimoprimo, Quintodecimo Kal. Octob. exceptis hijs, quæ Capitulis Adriani Papæ VI. & præſentibus contrariantur,aut immutata eſſent; & Inueſtitura ſub plumbo tradatur gratis ipſi Illuſtriſsimo Duci,aut eius Oratoribus.

4 Quòd virtute præſentis Concordiæ præfatus Dominus Dux ſoluat ſummam ducatorum auri in auro de Camera, ſeu eorum currentem valorem Centum, & Octuaginta Milium ad rationem vnius ſcuti auri in auro, & Decem Quatrenorum pro quolibet ducato,tàm pro præſenti Inueſtitura, quàm ex quacunque alia cauſa,ſiue ratione damnorum,& intereſſe, ac expēſarum,ſiue pœnę,vel condemnationis cuiuſcunque,vel ex quocunque contractu, ſiue etiam pro quibuſcunque cenſibus decurſis, ſiue ratione aſſertæ infidelitatis ſuæ,vel anteceſſorum ſuorum, ſiue etiam ex cauſa ducatorum Quadraginta Mille, vt aſſeritur, ſolutorum aliàs per felicis recordationis Leonem PP. X. Claræ memoriæ Maximiliano Roman. Regi in Imperatorem Electo, vt dicitur conſtare publico Inſtrumento deſuper confecto de Anno Milleſimo,quingenteſimo, quartodecimo, Indictione Secunda,die decimaſeptima Menſis Iunij Pontificatus dicti Domini Leonis Anno Secundo,cuius principium eſt tale. In nomine Domini Amen, Anno à Natiuitate Domini Milleſimo,quingenteſimo,quarto decimo, Indictione Secūda, die verò decima ſeptima Menſis Iunij, Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto Patris, & Domini Domini Leonis diuina prouidentia PP. X. Anno Secundo. Per hoc præſens publicum Inſtrumentum cunctis pateat euidenter, & ſit notum quòd cum felicis recordationis Iulius II. Pontifex Maximus, dum in humanis ageret rractauerit, &c. & cuius finis talis Acta fuerunt hæc Romæ in Palatio Apoſtolico, in Cubili Audientiæ ſecretæ præfati Sanctiſsimi Domini noſtri. Sub Anno, Indictione,

ctione,Die,Mense,& Pontificatu,quibus supra. Præsentibus ibidem Venerabilibus Viris Dominis Alexandro de Letanijs,& Iohanne Lazaro,alias Sarapica Lauden.& Anagnin.diœces. Testibus ad præmissa vocatis specialiter,atque rogatis, Siue ex quacunque alia causa,quæ dici, vel excogitari posset, ex quibus præfatus Dominus Dux quomodolibet obligatus existeret in hijs terminis,videlicet,ducatos similes auri Centum Mille in Ciuitate Bononiæ,infra terminum Quindecim dierum post factam dictam Inuestituram, & gratis traditam dicto Domino Duci,vel eius Oratoribus,& Triginta Mille infra Tres Menses tunc proximè futuros in eadem Ciuitate Bononiæ, vt supra,& residuum ad Annum proximè futurum in eadem Ciuitate Bononiæ,pro quo residuo idem Dux à die supradictæ Inuestituræ,vt supra traditæ, infra Mensem præstabit idoneam cautionem, vnam, vel plures in terris Ecclesiæ Bononiæ, vel Romæ ad ipsius Domini Ducis electioné. Et nichilominus præfatus Dominus Dux remaneat, & sit pro dicto residuo in pleniori forma Cameræ insolidum obligatus,prout dicti Illustriss. D. Franciscus, ac Philippus Procurator,& eo nomine pro solutione dicti residui, ex nunc ipsum Illustrissimum Dominum Ducem,eiusque hæredes, & successores, omniaque & singula eius bona mobilia,& immobilia,præsentia,& futura,vbicunque existentia in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, cum submissionibus,renuntiationibus,Procuratorum constitutionibus,& alijs clausulis consuetis obligarunt, & hypotecarunt,ac desuper tactis scripturis iurarunt.

5 Et insuper idem Dominus Dux,& sui successores soluant omni, & singulo Anno pro céſu,& annuo canone dicti Ducatus,& Ciuitatum locorum,& Iurium, de quibus supra,ducatos Septem Mille auri in auro de Camera, vel eorum valorem,vt supra taxatum,videlicet,vnius scuti auri in auro, & decem Quatrenorum pro quolibet ducato, in die Vigiliæ Beatorum Petri, & Pauli in Romana Curia sumptibus,periculo, & fortuna dicti D. Ducis deferendos,seu Cameræ Apostolicæ soluendos.

6 Quòd præfatus Dominus Dux, & eius successores etiam teneantur Sanctissimo Domino nostro,& alijs Rom. Pontificibus, & eius successoribus ad ea omnia,ad quæ de Iure Vassalli Duces Ecclesiæ Rom. Dominæ suæ tenentur,ac etiam teneantur ad omnia, & singula contenta in Capitulis Adriani PP. VI. & Illustriss. D. Ducis Alphonsi,quæ hic pro repetitis habeantur, exceptis Capitulis loquentibus de censu ducatorum Centum, & vnius libræ Argenti, & Centum Armigerorum,& hijs,quæ in præsentibus immutata, seu quouismodo derogata essent. Et versa Vice Sanctissimus Dominus noster,& sui successores, & Sedes Apostolica teneantur ad ea omnia,ad quæ de Iure Summi Pontifices Domini Vassallis,siue Ducibus tenentur,& ad omnia,& singula contenta in Capitulis Adriani VI. quæ similiter hic pro repetitis habeantur, exceptis hijs,quæ præsentibus contrariantur, aut quomodolibet immutata essent. Et vt in Capitulis Adriani præfati continetur.

7 Quòd Sanctiſsimus Dominus noſter, & Sedes Apoſtolica teneatur dare ſingulis Annis Duci Ferrariæ Saccos Duodecim Milia,& Quingentos Salis ad menſuram Ceruiæ, pro eo precio,quod Sanctitas Sua, ſeu Camera Apoſtolica pro fabricatura dicti Salis,& conductione eiuſdem ad Magazenos,ſecundum quòd illud viciſsim recipiet,exburſauerit,& expoſuerit,& non vltra, iuxta tenorem dictorum Capitulorum Adriani VI. Et cum Dominus Dux in præſenti plura loca poſsideat,ſiue teneat,quam tunc poſsideret, ſeu teneret, prætendatq; ſupradictos Duodecim Mille,& Quingentos Saccos Salis non ſufficere vniuerſo eius Statui, quoniam dicti Sacchi Duodecim Mille, & Quingenti tunc taxati fuere pro eo Statu,quem tunc tenebat.Quòd Sanctiſsimus Dominus noſter,& Sedes Apoſtolica teneantur dare eidem Domino Duci pro precio,& menſura ſupradictis,computandis dictis Duodecim Mille, & Quingentis Sacchis, alios Septem Mille, & Quingentos Sacchos Salis, & ſic in totum Viginti Mille Sacchos Salis, quam quantitatem Salis teneatur Sedes Apoſtolica, & Sanctiſsimus Dominus noſter dare eidem Domino Duci poſt ratificationem præſentium per præfatum Dominum Ducem factam, eiſdem modo, & forma, prout in Capitulis Adriani VI. continetur.

8 Quòd Dominus Dux,& eius ſucceſſores,tàm in euentum lineæ finitæ maſculinæ,deſcēdentes à Duce Alphonſo prædicto,& in caſibus in quibus Vaſſalli Duces prædicti,ex forma Iuris incidunt in commiſsū,quàm etiā in caſibus,in quibus caderent,ex diſpoſitione Capitulorū Adriani VI. in commiſſum,& caducitatem cadere cenſeantur,& cadant,& non aliter, nec alio modo. Quòdq; ſi per Sedem Apoſt. Summumq; Pontif. pro tēpore exiſtētem,in dictis caſibus,ſeu altero eorū contra præfatum Ducem,aut ſucceſſores eius procedi cōtingeret,procedi debeat, ipſoq; Domino Duce,& eius ſucceſſoribus reſpectiuè perſonaliter citatis, ſeu eorum Procuratore in Rom.Curia reſidēte, & in Libris Cameræ Apoſtolicæ deſcripto, & Procuratori Fiſcali pro tēpore intimato,& ſimiliter perſonaliter citato. Et ſi talis Ducis Procurator abſuerit à Rom.Curia,ad quod probandum ſufficiat Bina citatio,ad domum eius ſolitæ habitationis,cum dimiſſione Cedulæ, aut cōſtitus,& deſcriptus,vt ſupra non fuerit, tunc ſufficiat,& teneatur abſq; alia citatione perſonali ipſum Ducem, & eius ſucceſſores,per officium Contradictarum citare, & deinde procedere ordine Iudiciario,legitima ſubſequēte ſententia, & aliter, & alias ad aliquam caducitatem,ſeu priuationem, vel aliquem alium actum præiudicialem cōtra præfatum Dominum Ducem,vel ſucceſſores eius procedi, vel deueniri non poſſit.Et ſi ſecus factum fuerit,id totum cum omnibus indeſecutis ſit irritum,nullū, & inane ipſo Iure,& abſque alia declaratione, & extra ſupradictos proximè caſus non poſſit,neque valeat,nec debeat Sanctiſſimus Dominus noſter, nec eius ſucceſſores,nec Sedes Apoſtolica, nec quiſuis alius eius nomine, quouiſmodo, aut quacunque ratione,vel cauſa præſenti,vel futura,& tā cogitata, quàm non cogitata contra præfatum Ducem, & eius ſucceſſores, & Statum procedere,

aut eos,

aut eos, aut eorum aliquē in Ducatu, & Ciuitatibus, & locis, & Iuribus prædictis, aut alio quocunque modo, de Iure, vel de facto molestare, inquietare, vel perturbare, sub pœnis à Iure Statutis, & vltra sub pœna Centum Mille ducatorum auri, in quas Sanctissimus Dominus Noster, & Sedes Apostolica incurrisse censeantur statim, & subito in omnem casum contrauentionis, & totiens, quotiens, &c. Saluo tamen, quòd non intelligatur remotus processus, si quãdo pro obseruatione Capitulorum omnium, & singulorum præsentium, & Adriani prædicti agi, & procedi contigerit, in quo tamen processu seruetur ordo procedendi, de quo supra in hoc eodem Capitulo, & saluo etiam quòd incursus pœnarum prædictarũ locum habeat, præuia tamen declaratione, & declaratio per Summum Pontificem, & Sedem Apostolicam fieri debeat, & non aliter.

9 Quòd Sanctissimus Dominus Noster absoluat, & liberet in ampliori forma vigore præsẽtium, etiam de Sedis Apostolicæ benignitate præfatum Dominum Ducem, tàm ex persona sua, quàm suorum antecessorum ab omni alio, & toto. Quod Sedes Apostolica, Summique Pontifices, & Sanctitas Sua, siue ex causa Inuestiturę prædictæ, siue ratione Quadraginta Mille ducatorum prædictorum, vt asseritur, erogatorum, cedendo eidem Domino Duci omnes actiones Sedi Apostolicæ contra quoscunque ad dictos Quadraginta Mille Ducatos competentes, siue ex quacunque ratione, vel causa, tàm cogitata, quàm non cogitata, siue ex ratione, & causa assertæ Infidelitatis, aut ratione damnorum interesse, & expensarum, & pœnarum siue ratione, & occasione condemnationis in Iudicio, vel extra, Iuris ordine seruato, vel non per Sedem Apostolicam, siue alium, siue Laicum, siue Clericum, quemcunq;, quomodocunq;, & sub quauis verborum forma factæ, etiam si talia forent, de quibus mentio specialis, & indiuidua fieri deberet, quæ pro expressis habeantur, ac si de verbo ad verbum, pręsentibus inserta fuissent, siue ratione, & occasione proprij Contractus, vel pacti sui, Ipsius, vel antecessorum suorum; siue ex ratione censuum quorumcunq;, vel alias quomodocunq;, & qualitercunq; petere, consequi, vel exigere posset. Cum annullatione omnium, & quarumcunq. scripturarum, actorũ, Iurium, remediorum ordinariorum, vel extraordinariorum, vel subsidiorum, cum cassatione, annullatione, & irritatione omniũ protestationum, ac in integrum restitutionũ, quę hactenus petitæ, seu factæ fuissent, tàm per Sanctitatem Suam, quàm suos pręcedessores, ac omnium quorumcunq; gestorum, vel gerendorum, ex quibus contra præsentem absolutionem, liberationem, & quietationem factum esset, aut quomodolibet fieri posset in futurum, quæ quouismodo, præfato Domino Duci, aut eius successoribus pręiudiciũ aliquod directè, vel indirectè, & sub quouis quęsito colore, vel causa, quomodolibet, & qualitercunq. afferre possent.

10 Et quòd pręfatus Dominus Dux, omnia, & singula supradicta Capitula per Instrumentum publicum in auctentica, & valida forma approbabit & ratificabit infra terminum viginti dierum, à die stipulationis pręsentium computandum

dum,& Inſtrumentum ratificationis auctenticum in Camera Apoſtolica dari, & conſignari debeat infrà alios viginti dies, quod ſi non fecerit, vel etiam ſi fecerit, & ſolutionem dictorum Centum,& Octuaginta Millium ducatorum, vt prędictum eſt, non fecerit, omnia ſupraſcripta, quæ per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum promittuntur, & conceduntur cum Inueſtitura huiuſmodi, ſint nullius efficaciæ, roboris, vel momenti,& habeantur pro infectis, vna cum omnibus, quę iá facta fore reperirentur.

11 Et quòd ſi qua declaratio peteretur fieri per Ducem à Sanctiſs. Domino Noſtro, qui pro tempore erit, per Breue, pro maiori intelligentia præſentis Capitulationis,& ad tollendum aliquod dubium, quod oriri poſſet, per præfatum Sanctiſsimum Dominum Noſtrum poſsit etiam per Breue fieri.

12 Item quòd omnia,& ſingula ſupradicta capitula confirmentur, & approbentur ſolemniter, & conſiſtorialiter, ſeruatis ſeruandis; & ante factam dictam approbationem,& confirmationem per ſacrum Conſiſtorium, non intelligatur præfato Domino Duci tempus curriſſe, & currere ad ratificationem,& dictarũ pecuniarum ſolutionem faciendas.